

Johann Quistorp Henricus Zorn

Charisrion Seculare, De Libero Religionis Exercitio, Per Ultimorum Temporum Secula

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74001000X>


Druck Freier  Zugang



Ru. Med. 1656

Quisorp, Johann

Verf. i Zorn, Meinnich



I. N. J.

καθηγητορ *Seculare,*

De

LIBERO RELIGIO-
NIS EXERCITIO, PER
ULTIMORUM TEMPORUM
SECULA.

In

Memoriam Augustanae Pacificationis,

Exhibebunt publicè

Approbante Veneranda Facultate

Theologica,

PRÆSES

JOHANNES QUISTORPIUS,

D. THEOL. PROF. ET PAST. ECCL.

CATHEDRALIS,

&

Respondens

HENRICUS Zorn Neoburgo-Lüneburgicus,

In Auditorio Magno, horis matutinis

Anno M.DCLVI. d. 3. Maij

••(o)••

ROSTOCHII,

Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

1656

THE PROBLEM OF THE
THE EXERCISES
IN THE
SECOND

THE PROBLEM OF THE
THE EXERCISES
IN THE
SECOND

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

THE PROBLEM OF THE
THE EXERCISES
IN THE
SECOND



505

I. N. J.

Th. I.

Dum disquirimus, de Libero Religionis Exercitio, per Ultimorum temporum secula: non Armenianorum sententiam virgulâ censoria notare hic volumus, qui ejusmodi docendi credendiq; libertatem vel potius licentiam heterodoxis concedunt, quæ non admittat elenchum Spiritus Sancti. Nec cum conciliationum artifice Postello, qui *πικυτεωσιαν*

scripsit, ubi omnium gentium religiones conciliat, qua ratione concordiam orbi pollicetur: Nec cum M. Henr. Nicolai, qui in Irænico conglutinat Protestantes, Reformatos, Papistas & Socinianos: Nec cum Gotofrido Horton Past. Amstelodamensi, in libro, de Mutua tolerantia Evangelicorum, puta Lutheranorum cum Reformatis; à quo haud multum recedit scriptum anonimon Legatis Suecicis Osnaburgæ exhibitum, disputamus. Neq; cum iis qui Christianam coitionem svadent, non quamvis, sed ubi fundamentum est commune, quales sunt illi qui scripturam ac symbola œcumenica pro principio habet; cujus quoq; argumenti scriptum edidit D. Vakius Superint. Jeverensis, in arenam hic descendere cupimus. Neq; institutum nostrû est, agere de libertate conscientiæ, cui imperare non nisi Deus potest; ubi pacem pii habent, cum DEO, propter filium Jesum Christum, Rom. 5. quæ tranquillat conscientiam ac in tuto jubet agere. Intelligimus à hic potissimum, *Libertatem introducendi, exercendi, ac propagandi Orthodoxam Religionem, cultumq; divinum inter mortales, ita ut ejus religionis socii immunes sint, ab hereseos accusatione, totali everfione & pœnis Canonicis.* Quales libertas ante seculum, in Augustanis Comitibus, ex Autoritate Cæsaris & statuum Imperii Anno 1555. (Invariatae Augustanae Confessionis sociis) per Romanum Imperium, Divinitus concessa est.

A 2

Deus

II. Deus, qui semper voluit habere cætum, à quo colatur, Ecclesiæ suæ quam maxime curam habuit, voluntatem suam hominibus, per certos, initio viva voce, post scriptis, patefecit. Eandemq; quondam donis amplissimis exornavit, facultatemq; dedit, edendi miracula. Imo semper habuit Ecclesia peculiaria beneficia, remissionem peccatorum, donationem Spiritus Sancti, & spem hæreditatis æternæ per Christum Jesum. Præterea tutatus est perpetuò Ecclesiam suam DEUS contra vim hostium: Ita ut in omnibus calamitatibus publicis ac persecutionibus, suos in fide ac spe fortes reddiderit. Cum enim humana potentia, divinæ omnipotentiae perpetuò frustra obliçetur, oppugnari & lædi civitas domini quidem, expugnari autem & everti nunquam potest. Percurramus saltem obiter universam Ecclesiæ historiam, & à vero nos non recessisse, dicetis.

III Hanc externam & corpoream pacem seu libertatem Ecclesiasticam, identidem Ecclesiæ concessam fuisse facile probabimus. Et quidem à mundi exordio, quando invocari nomen Jehovæ ceptum est Gen. V. Satanas statim sacram eam veritatem labefactare sedulo molitus fuit, verum DEUS semper aliquod semen sanctum segregatum sibi servavit ac vindicavit, liberumq; Religionis exercitium suis concessit. Corporum oppressiones nonnunquam permisit, at ut religio mutaretur non concessit. Tales corporales afflictiones in Ægypto satis diu expertus est populus Israël, interim Pharaoni nihil juris in religionem Hebræorum Deus permisit, adeò ut in exilio Jacobæi hæc tria retinuerint, linguam Hebræam, puritatem religionis & suæ gentis habitum ac nomina, ut ex *Elia in Chronograph. l. 1. id Gilb. Genebrardus* probat. Palæstini sæpè Israelitas captivos abduxerunt, & nullum extat in Judicum libro vestigium, eos imperasse, sub penâ corporali inflicta, modum colendorum Deorum suorum. Primus inter omnes Reges Jeroboamus existimavit, optimum esse remedium ad firmandum regnum suum, si in sua ditione peculiarem vitulorum cultum institueret, ne quid sui subditi impostero cum Judæis communè haberent. Porro Babylonii, supersticiosiores ipsis Ægyptiis, in captivitatem redactos Judæos, quos aliàs maximè exagitarunt, ut similes facti fuerint buboni vastitatum & plateæ deserti, juxta *Ps. 102.* nullis tamen contenderunt, per totum Imperium, edictis, ut abjuratâ patriâ religione, in scriptis Mosis & Prophetarum comprehensâ,
Chal;

506

Chaldaeorum Diis rem factam facerent. Imo contenti urbis combustione, & punita Judaicorum Regum perfidiâ, Daniele aliosq; Hebræos ad publica honestaq; admifere munia. Quod autem Dan. 3. relatum legimus, de statua erecta, particulare est exemplum; cum certum fit, nec Prophetam nec alios ejus socios ibi adfuisse. Eadem libertate gavifus est populus DEI sub Perfico Imperio, cujus Regni Antistites Darius Nothus & Artaxerxes Longimanus, Urbis & Templi Hierosolymitani restaurationem liberaliter promoverunt, juxta effata Efdra & Nehemiae. In Græcorum Monarchia, continuata est hæc Religionis Judaicæ libertas per indulgentiam Alexandri Magni, Prolomæi Philadelphi, qui versionem LXX. beneficio Judæorum adornavit, aliorumq; Regum, ad usq; gubernacula Antiochi Epiphani, qui primus inter Tyrannos, Judæorum ritus patrios sustulit, sub comminatione pœnæ gravissimæ, Græcorum Idolatriam induxit, ac Templum Domini profanavit, sacros codices conflagrari, & legis scrutatores interfici jussit, uti hic concordat *Josephus Antiquit. lib. 12. c. 7. cum Maccab. libris.* Pari modo intra terminos Deus, Ecclesiæ suæ unicus protector, Romanos continuit, postquam ferè per illos sceptrum à Tribu Judâ ablatum erat, temporibus Aristobuli, qui cum fratre Hircano deregno contendens, Romanos arbitros imploravit, circa sexagesimum ante Christi nativatem, annum. Tunc Pompæus cum magnâ manu in Judæam descendens, Hircano Sceptra Imperii commisit. Aristobulus hoc ægrè ferens, seditionem excitat novam, ideò captus mox fuit à Romanis; Et sic Romani domini Judæorum facti sunt. Quæ autem ibi exercitum nomine Romanorum ducebant, & magistratus Romani vices sustinebant, Autonomiam Judæis in doctrina & cultu inperturbatè concesserunt. Herodes Ascalonites Romanorum apud Judæos Curator, Templum ampliando & magnis sumptibus conformando Salomonæo primo, ostendit eo ipso, Romanos sacra Hebræorum nolle turbare. Ita se tunc res Ecclesiæ habuerunt, quam Deus ut lilia inter spinas conservavit.

Temporibus N. Fæderis, longè crudeliores hostes Ecclesia experta est; Existimavit serpens infernalis funditus evertere domum Domini, nam non solum cum Principe vitæ ad mortem usq; crucis pugnavit, sed & excitavit contra Christi membra, primò Tyrannos, qui violenter tormentis Christianos ad sacrificandum adigebant. A Tem-

IV.

poribus Constantini Magni, potissimum alteram & quidem fraudulentam persecutionem, ministerio falsorum fratrum ac hæreticorum, instituit. Tandem in theatrum produxit Antichristicum regimen, violentum & fraudulentum, vim habens in imperio, dolum in miraculis, quo nihil est deterius. Quomodo autem has inter ærumnas, sic satis liberum religionis exercitium suis concesserit Deus, levi penicillo deliniabimus.

v.

Quod Persecutionem Violentam attinet. Scimus potissimum per tria prima secula æris Christi, abundantissimè Christianorum sanguinem effusum esse. Initio ex Judæorum instigatione, quorum synagogas fontes fuisse persecutionum, scribit *Tertul. cont. Gnost. cap. 10.* Deinde gentiles, hostes Judaici nominis, qui putabant Judæos Apostolos eorumq; discipulos, è Judæa primum excitos, novum sibi Deum nempe Christum fabricasse. Omnibus aliis Deastris Romæ rem faciebant divinam, unicum autem Jesum Christum ferre non poterant: Et Tiberio exprobrarunt Senatores, quod Christum inter Deos referre voluerit; Religione enim mutatâ, Rempublicam quoq; mutatam, ut notat *Tertull. in Apologet. cap. 5.* Scivit Sathanas, hunc Puerum Hebræum venisse ad ipsum angustandum, uti ex obsessis, mali Spiritus, Christo in faciem dixerunt. Ut & ipse *Plutarchus Ethnicus* scriptor, in libro de interitu Oraculorum, Christi ævo, diffiteri haud potest. Refert *Tertull. in Apolog. c. 16.* Quomodo Christiani Romæ ludibrio exposuerint per picturam, cujus erat inscriptio, Deus Christianorum Ononychites. Erat is auribus asininis, altero pede unguatus, librum gestans &c. Et simul in citato loco, ostendit causas diffamationis, Christianos caput asini adorare. *Justinus in Apolog. suis*, tria præcipua crimina citat, olim falso Christianis imputata. 1. Impietatem; nolebant enim Christiani Idola gentilium adorare. 2. Oedipodios concubitus; nam quando Christiani fratres, sorores, patres, filios se mutuo appellabant, clamitabant hostes Christi nominis, eos promiscuè Venerem spargere, & cum propriis filiabus rem habere. Demum. 3. Thyestæa convivium, quando falso persuasi; Christianos dum Eucharistiam noctu celebrarent, infantum carnem comedere & sanguinem lambere. Imo quod sacramenta usurparent, id conjurationis speciem habebat. Hos inter hostes referendus *Celsus Epicureus*, ut notat *Origenes contra eundem*, qui Orphitarum abominanda

509

nanda dogmata, serpentem tanquam scientiæ boni & mali authorem, colentium, Christianis omnibus communia fecit & vitio dedit. Sic veris Christi servis errores, multa; atrocia crimina affinxerunt. Ab Ulpiano, Impostores dicti sunt, cum verbo exorcizandi urantur. Hic ipse est doctor crudelitatis, ex sententia Lactantii, quia Principum nefaria rescripta contra Christianos collegerat *lib. 7 De offic. Procons.* & docuerat, quibus flagris affici oporterent Dei veri Cultores. *Inst. l. 5. c. 11. Euseb. hist. Eccles. l. 9. c. 3. & 4.* commemorat, aliquem Damasenum Ducem, infames quasdam mulierculas tormentorum vi eo adigisse, ut tradito scripto dicerent, se fuisse aliquando Christianas, & conscias esse scelestarum & lascivarum actionum, quas Christiani, Dominicis diebus, inter se perpetrarint. Hæc extorta verba in acta relata, passim publicarunt, ut saltem Christianos omnibus exosos redderent. Præterea existimarunt, Christianos Deum nullum colere, quod habet *Justin. in Apolog. ad D. Pium.* Aliis rebelles visi sunt, quia nomina sua Regi Christo professi fuerant. Etiam *ἁνδραμονόχοι* credebantur, propter ignorantiam commestionis sacramentalis &c. Sic crimina, quæ nemini obtrudi poterant, Christianis imputabantur. His calumniis eos conspurcabant, non solum ex vulgæ homines, sed & in sublimi positi.

Hinc propè omnes existimabant, se Christianos trucidando, Diis rem gratam facere. Tunc sanè Dominus, inquit *Eusebius. hist. Eccles. l. 8. c. 1.* juxta vocem Jeremiæ *Thren. c. 2.* filiam Sion obscuram reddidit, nec recordatus est scabelli pedum suorum, in die iræ suæ. Unde & decem præcipuis persecutionibus afflicti sunt pii, quot quondam Ægyptiæ plagæ numeratæ fuerunt. Illi de schola Sathanæ usi clavâ Herculis, vel potius primi persecutoris sui Caini, fratricidæ, & pios ram diris suppliciorum generibus exagitarunt, ut Busiris ad ea obstupescere deberet. Nam nonnunquam parcere visæ sunt beluæ iis quibus homines haud pepereerunt; Imo lictores gladios hebetarunt ac laborando defecerunt. In Arabia (testis est *Euseb. l. 8. c. 12. hist. Eccles.*) securibus cæsi sunt Martyres. In Capodocia fractis cruribus, puniti, in Mesopotamia, ex pedibus in sublime, capite demisso, suspensi, igniq; remissione subiecto, ardentis materiæ fumo, extincti sunt. Alexandriæ naribus, auribus, manibus mutilati, deinde reliquis membris ac partibus concisi. Antiochiæ carbonibus igneis, non ad mortem, sed

VI.

sed ad supplicii diuturnitatem, sunt adusti. Alibi plumbo igne liquefacto, bulliente adhuc & ignescente, piorum tergora perfusi, & membrorum corporis potissimum necessariis mutilati sunt. Alii in arcanis membris ac visceribus, turpes, intolerabiles & indicibiles cruciatus perpeffi sunt. Temporibus Dioclet. ritus sacros, cætusq; sanctissimos celebrari Christo, prohibuerunt, & S. Domini Testamenta Scripturasq; divinas ad comburendum, petiere. Qui recusabant Diis sacrificare, illis emendi aut vendendi copia non dabatur, sicut id de Romana bestia testatur *Apocal. 13. 17.* Martyr Alexandrinus ex carcere enunciavit, apud *Euseb. l. 8. c. 10.* Liberum fuisse gentibus, quasvis Christianis inferre contumelias. Et *Tertull. in Apolog.* Crucibus & stipitibus imponitis Christianos, ungvibus deraditis latera Christianorum. Cervices ponimus, ad bestias impellimur, ignibus urimur, in metalla damnatur. His milleq; aliis modis excruciatifuerunt Christi confessores; uti hujus sevitie spectator decennialis *Lactantius l. 5. c. 11.* & multi alii fuerunt.

VII.

Hæc cum se ita habeant, existimabitis nullo religionis libero exercitio, per hæc tria prima secula N. Test. Christianos frui potuisse? Fuit quidem misera Ecclesie facies, tamen qui dixit, quod contra Ecclesiam non prævalere debeant portæ inferorum, novit ex ore leonis eripere suos. Et solet tunc, quando Diabolus intendit devastare Ecclesiam, eam ampliari; quorsum spectat illud, Sangvine fundata est Ecclesia, sangvine crevit, sangvine succrevit, sangvine finis erit. Et premi populum suum patitur DEVS; aliàs enim non potest Imperator militum suorum probare virtutem, nisi habuerint hostem.

VIII.

Sanè ex his persecutionibus, in Ecclesia multa laudabilia originem traxerunt. Hinc primi Monachi agentes in desertis, ut persecutiones evaderent. Hinc plurimi ritus sacrorum, ut matutinæ, vespertinæ preces (Nam ex metu persecutionis, mane vesperi imò intempestâ nocte conveniebant,) ut & luminaria, (quibus, dum in cryptis subterraneis latarent, utebantur.) Hæc & id genus alia, in Ecclesiam Christianam irrepserunt, quæ proh dolor, tractu temporis, in execrabiles abusum degenerarunt, inter Pontificios. Et quod majus est, hac occasione, Evangelica concio ad longe diffitos, dimanavit. Ita recte novit, propitium Numen, ex malo bonum elicere.

IX.

Tyrannos suis cum torturis, omnem religionis libertatem extinguere haud potuisse, patet ex Alacritate Martyrum; Etenim mox,

4611

508

æ in non nullos lata fuit mortis sententia, affilierunt alii aliunde ad Judicis iniqui Tribunal, seq; Christianos publ. confessi sunt, & animo infracto, cum gaudio, supremam mortis sententiam susceperunt, ut in *Martyrologio* infinita extant exempla. Verum Gnostici, juxta *Tertull. de Præscript. c. 46.* Christum abnegabant tempore persecutionis. Item Helkesaitæ (ab Helkai, Trajani tempore orti) qui teste *Epiphano Hæres. 19. & 53.* putabant fidem durante persecutione abjurari sine peccato posse, modo quis corde eam retinuerit. Hi & nonnulli alii inimici crucis Christi, quorum tamen pauci erant, Libellatici per contemptum à piis post dicti sunt, quod libellum securitatis à Magistratu conscriptum, acceperunt, cum negassent Christum. Pios a. incussis præceptorum cælestium radicibus. nixos & Evangelio roboratos, non præscripta exilia, non tormenta, non rei familiaris jactura & corporis supplicia atrocissima terruerunt: quare & *Cyprianus lib. 4. Epistola, 9.* bonis gratulatur. O beatam, judicans, Ecclesiam nostram, quam sic honor divinæ dignitatis illuminat, quam temporibus nostris gloriosus martyri sanguis illustrat, &c. ex his liquido constat, Tyrannos nihil aliud assecutos fuisse, persecutione cruenta, contra pios, quam quod piæ veritatis robur manifestius declararint. Sane sicut lignatoribus sylvam cadentibus, multo pl. pullulant propagines ex terra, quam sint rami qui inciduntur; Ita quoq; Ecclesiæ membris interfectis, multo pl. Christum confessi sunt. Est enim cruor cæsorum corporum, irrigatio novis in Ecclesia emergentibus plantis. Unde non incongrue *Cant. 2.* lilio inter spinas illa comparatur.

Si evolvamur membranas unius dunt axat. *Eusebii*, deprehendimus, hisce tribus seculis, diutius gladium sanguine Christianorum purpuratum, in vagina reconditum, quam contra eos evaginatum fuisse. *Is hist. Eccles. l. IV. c. 9.* Adriani, seculo secundo, regnantis, Epistolam, de Christianis non temere interficiendis, citat. Antoninus Pius, adoptratus ab Adriano, ejusdem fuit sententiæ, qui in literis communitatis Asiæ, mandavit, ne Christianis molestia crearetur amplius, quia accusati, pro DEO suo mori malunt, quam vivere, nisi quid contra Romanum Imperium tentasse deprehendantur. Propositum est hoc edictum Ephesi in publico conventu Asiæ, uti commemorat *Euseb. l. 4. c. 13.* Deinde Marcus Aurelius, cum pugnaret contra Germanos & Sarmatas, in rerum desperatione constitutus, beneficio precum

X.

B

Chri-

Christianorum seu legionis Apollinarii, liberatus fuit, qui fulmen à Deo excitavit, quod hostes in fugam & exitium expulit, & imbrem ad refocillandum exercitum, qui jam totus siti propemodum periisset, impetravit. Unde & legio illa, cujus precibus factum fuerat hoc miraculum, peculiarem ab Imperatore appellationem, ut Romana lingua, Fulminea vocaretur, accepit. Et eo ipso odium erga Christianos non leviter dimoverunt, vid. *Euseb. l. 5. c. 5.* Hujus Filius Commodus, halcyonia Ecclesiæ concessit, quibus durantibus, à multis fides in Christum recepta. Audiamus hic ipsum *Eusebium, l. 5. c. 19.* Commodi Imperatoris tempore, furor ille gentilium contra bonos mitigari cepit, data pace universa per totum orbem Ecclesiæ; quando salutaris doctrina, omnis generis hominum mentes ad piam unius & omnium Dei religionem, adducebat, ita ut jam Romæ quoq; plures ex illis qui & opibus & genere illustres erant, ad suam ipsorum salutem, simul cum universa domo & familia accederent. Porro Gordiani regimen ac Philippi cum filio Philippo, Christianis adversum haud fuit; illi enim sincerum ac religiosum animum erga Deum, ipsis operibus declararunt. *Euseb. l. 6. c. 33.* Dein An. 261, Galieni Augusti beneficio pax res taurata est piis, & permillum illis, loca illa recipere, quæ Cœmeteria vocamus: cujus gratiosæ literæ ad Dionysium, Pinnam & Demetrium ac reliquos Episcopos extant, apud *Eusebium lib. 7. c. 12.* Claudius, Probus, Carinus & Numerianus Christianos quoq; imperturbatos reliquerunt. Tandem Christiani verè exultarunt sub Constantino M. qui ejectis persecutoribus Ecclesiæ pacem reddidit, juxta *Euseb. l. 9. c. 9.* Quis nunc denuò nobiscum non affirmabit, liberum religionis exercitium, licet non omni tempore & eodem modo, Dei populo, etiam inter summas tempestates, concessum fuisse? Ipsi enim est Jehova, qui morte afficit, & in vitam restituit: demittit in sepulchrum & educit, deprimat & extollit, ut recte cecinit Hanna, *1. Sam. 2. c. 2.* qui accuratius Imperatores novisse desiderat, qui sævitiam à Christianis depulerunt, is evolvet *Ant. Benbellone Comm. ad Pragm. constit. p. 2. cap. 4. s. 6. &c.*

XI.

Communis tessera fideiq; professio erat Symbolum Apostolicum, non quasi *ὁμολογία* sicut eorum; sed Apostolicum dicitur, quia doctrinam continet Apostolicam, & Viros Apostolicos authores habet, quicquid etiam *Baronius T. 1. Annal. A. C. 44. num. 15. 16. ex August. Serm.*

509

Serm. 15. de Tempore, libro suppositio, citet in contrarium, quasi vero 12. Apostoli symbolum hoc ordine contulissent, & Petrus dixisset, Credo in Deum patrem omnipotentem: Johannes, creatorem cæli & terræ &c. Quâ cum opinione faciunt *Genebrard. l. 3. de Trin. p. 204.* & *Ruffinus in præfat. expos. symb. Apost.* qui Anno 44 hoc symbolum ab Apostolis XII. sic adornatum fuisse, commemorat; quo tempore. *Jacobus* Apostolus inter vivos esse desiderat. Si Apostoli essent hujus Symboli authores, tunc summo jure ad Canonem Biblicum spectaret? Nec uspiam verbulo hujus Symboli meminere ipsi Apostoli. Imo in relatione hujus Symboli, Patres variant. Et quis nescit indies auctum fuisse hoc symbolum, propter varios hæreticos? ut docet *Erasmus cont. censuram Facult. Parys.* Huc quoq; spectant Canones tanquam ab Apostolis conscripti, qui tamen non sapiunt Apostolicam autoritatem vel antiquitatem. Circa hæc Ecclesiæ N. T. incunabula, pii, duo semper in ore gerebant mysteria, quæ fideles ab infidelibus secernerent, ut est Trinitatis Theologiam, & Incarnationis mysterium Oeconomiam, dicta. Ac quotiescunq; urgerentur Christiani ad fidei confessionem edendam, respondebant: Ito ad Jordanem, & videbis, quid credamus, qualia notat *Irenæus adversus hæres. l. 1.* Quâ liberè Apostoli in primo seculo negotium doctrinæ cælestis tractarint ad exemplum Christi, quoq; scimus. S. Petrus Judæos informavit per Babyloniam. *Matthæus* Æthiopes; *Thomas* Indos; *Andreas* Scythas; *Johannis* Nariolæ incolas; *Marcus* Ægyptios, docuerunt. *Paulus* omnia Hierosolymâ Illyricum usq; verbo DEI implevit. Seculo secundo & tertio ob invalescentem doctrinam Evangelii, miracula rarius & scripta publicata sunt frequentius, ore ac pennâ cum Philosophis, hæreticis & Judæis in arenam descenderunt pii, ut apparet ex *Justino Mart. Athenagora, Tatiano, Irenæo, Clemente Alex & Tertulliano.* Imo in usum Ecclesiæ seculo tertio Deus Originem excitavit, ad Tetrapla, Hexapla & Octopla summo cum labore adornanda. Et paraphrasin in V. T. moliti sunt Once los cum Uzielide. Hæc & alia nos certos reddunt, non omne religionis studium hac ætate exulasse, ac Christi Ecclesiam funditus everfam fuisse. Hæretici teste *Irenæo & Epiphano*, se ipsos invicem concusserunt, & à piis facili negotio refutati sunt, ita ut semper veritas palmam obtinuerit.

Antequam pergam ad fraudulentam persecutionem. Quæritur

B 2

An

XII.

An hi supra commemorati persecutores Christianorum, qui Christum ignorarunt, sint excusabiles? Meo iudicio, coram DEO non erunt planè inexcusabiles, quia illorum ignorantia fuit vincibilis, audiverunt Martyrum confessiones pias; libri Biblici, Justini Martyris, Cypriani &c. Apologia oculis eorum jam tum exponebantur; noluerunt attendere, sed perverse sp. S. resisterunt. Hoc damnabat Judæos, quod cum poruissent ex doctrina & miraculis Messiam agnoscerent, eum tamen non agnoverint, sed crucifixerint. Et in hos quadrat S. Pauli minæ, quas Ethnicis obstinatis imminere ostendit, Rom. I.

XIII.

Quarto demum seculo, à persecutionibus violentis quodammodo liberata Ecclesia, fraudulentas insidias nunc & imposturam à diabolo, ministerio Hereticorum, sustinere debuit; unde & requie, quâ DEUS sub Constantino, M. beavit suos, non diu fruebatur. Et quidem Ecclesia concussa est ab hæresibus, non ad eò crassis, ut olim, sed quæ speciem aliquam probabilitatis, prima fronte, præ se ferebant.

XIV.

Initio impulit serpens antiqua Presbyterum Alexandrinum Arium, qui ægræ ferens, quod Alexander ipsi Episcopatum præripuisset, is in dubium vocavit, Christi divinitatem, quando publice dicere ausus ἦν πότε, ὅτι ἐκ ἧν λόγος. Hilar, O de Trinit. Rusl. I. Hoc dogma hic impostor multis persuasit Episcopis Aetio, Eunomio, Acatio, & propagatum fuit per varias terras, per trecentos sequentes annos. Hujus blasphemus libros Cæsar nominavit Porphyrianos, quem virum annorum 90. puto adhuc superstitem fuisse. Venenum hoc Arii, brevius longius serpsit, siquidem Presbyter Constantiæ Licinii viduæ, sororis Constantini, M. erat Crypto-Arianus, qui biennio ante obitum Imperatoris Constantini id effecit, quo Arius ab exilio revocatus, in integrum restitueretur, & Athanasius successor in Episcopatu Alexandrini Episcopi, morti traderetur. Hinc radices in aulis Imperatorum egit Arianismus, & paulatim constituti sunt variis in locis Episcopi Ariani. His temporibus multæ quoque congregationes horum malignantium factæ sunt, Anno C. 339. Tyri ubi ad Arium excusandum, Pseudo-Episcopi multi, inter quos & Eusebius, Arianae factionis ad stipulator, convenerunt. Sed dum preces fudit DEO Alexander Episcopus Constantinopolitanus, Arius locum secessus quærens, sicuti Judas, intestina cum excrementis eiecit. Mox Anno Constantii

XV. in

XV. in Syrmienſi conciliabulo, pro Ario concluderunt, ac luſerunt
terminis *εμοιος & ομοιος*, cujus decretis deceptus Hoſius, ſubſcribere
coactus eſt. Etiam in Mediolanenſi, Ariminenſi, Seleucienſi Syno-
dodis Arianismus prevaluit. Huc ſimul referatur à Constantino An-
tiochiæ inſtitutum Concilium, ubi voce *αρεβης* ludentes, tandem
ſubſcripſerunt ſententiæ, quæ vult filium Patri diſſimilem eſſe. Cir-
ca ſeculi quarti exortum, novus pravi dogmatis aſſertor Macedonius,
Deitatem Spiritus Sancti inſectavit, & Spiritum Sanctum creaturam di-
xit, Filium verò conceſſit per omnia Patri parem *Ruf. l. 1. cap. 25*. Elapſis, vix
L. annis, Neſtorius, Juvenis Episcopus Conſtantinopolitanus, non eru-
buit aſſerere, ſicuti in aliis Prophetis, ita *τιν λόγου* per adſiſtentiam ho-
mini Chriſto adſuiſſe; nec humanæ Chriſti naturæ Idiomata divina fu-
iſſe communicata; quo ſpectat ejus blaſphemia, Noli gloriari Judæe,
non Deam ſed hominem crucifixiſti, juxta *Socr. l. 7. c. 32*. Paucis abhinc
annis Eutycheſ, ex duabus in Chriſto naturis, unam fecit. Sexto ſe-
culo de animæ origine, non ſine ſcandalo diſputarunt contentioſi, ſin-
gentes animas hominum ante corpora creatas eſſe; quidam Origenica
deliramenta reſuſcitarunt, diabolos nimirum habituros pœnarum ſi-
nem. Sequuntur Macarius cum Polychronio *μονοθεληται* de quibus
Volat. l. 17. Et propè infiniti alii novatores, qui ſpecioſe ſatis veris Chri-
ſtianis inſidias ſtruxerunt, & plures ſuis ſophiſticis in infernum trufe-
runt, quam olim illi cruenti Eccleſiæ hoſtes, ſua cum ferocia Diaboli-
lica. His ſomniis & opinionibus ſerè tota hæcenus repleta fuit ter-
ra, donec tandem Papatus & Mahumedaniſmus, propè hos omnes
abſorpsit, indeq; potum infernalem confecit, quem uterq; hic Patriar-
cha ultimarum hæreſium, propinavit hominibus ultimarum tempo-
rum.

Quicquid hujus ſit, nec dum quæq; plane his temporibus ceſſa-
runt Tyrannicæ oppreſſiones aſſertorum veritatis coeleſtis. Sufficiat, XV.
ſi ſaltem adduxero tempora Juliani Apoſtata; Is ipſus religionem,
quam Conſtantium metuens, hæcenus ſimularat, publ. exiit. Ba-
ptiſmi lavacrum quo fuerat hæcenus initiatus, ſanguine victimarum,
ritu ſoleni abluit, Tempia Idololatræ Gentilium aperuit; ex odio in
Chriſtianos Judæis conceſſit Hieroſolymitani Templi reſtaurationem.
Bona Eccleſiaſtica Chriſtianis ademir, quaſi iis rem eo modo gratam
B 3 faceret,

faceret, cum Christus dixerit, beati pauperes; Tempa & Scholas Christianorum clausit, ne in bonis eruditi literis, religionem suam facilius persvaderent multis. Christianos anarchias adstipulatores indigitavit, cum velint neminem debere esse vindictæ cupidum. Hic Ecclesiæ Christi persecutor quoq; iussit, ne ullus in macello venderetur cibus, nisi aquâ prius lustrali idololatræ esset aspersus. Christianis itaq; aut ejusmodi Idololatricis cibus vescendum, aut fame erat pereundum. *August. Epist. 154.* laudat illos, qui citius mori, quam tali cibo uti voluerint; puto verò necessitati ordinem cedere, ac mundis omnia esse munda.

XVI.

Sub hoc turbulento statu, Deus ovium suarum memor, scivit vigilare ut verus Pastor pro ovili suo. Cruentis persecutoribus opposuit sanguine Christi redemptos, qui parati fuerunt sanguinem proprium effundere, & mortem lucrum æstimarunt; ita ut illi citius mactando, quam hi vitam cum morte commutando, defatigati fuerint. Imò quondocunq; serpens antiqua, sub ovina pelle lupum rexit, pravaq; dogmata sub specie veri sparsit, Ecclesiæ protector, Viros in omni eruditionis genere exercitatos in promptu habuit, qui propriis gladiis jugularunt fortiter hæreticos, eosq; confunderunt.

XVII.

Sane Seculam IV. & V. refertissimum fuit multitudine Patrum, in multis Orthodoxorum, & in controversiis exercitatissimorum. Inter quos eminent regnante Constantino. M. Lactantius Ciceronianæ eloquentiæ sectator, cujus libri septem divinarum institutionum extant. Athanasius inter varia pericula, per 46. Episc. Alexand. Arianorum malleus, cujus adhuc varia scripta reperiuntur: cujus res gestas notavit *Tryptart. l. 1. à cap. 4. ad 9.* & toto libro quarto. Hilarius Pictaviensis Episc. author XII librorum de Trinitate. Hier. eum nominat Tubam mundi. Sub Theodosio & Valente, Cyrillus Hierosol. Catecheseos scriptor. Basilius M. *Tryptart. l. 7. c. 22, 31. 36.* & Gregor. Nazianzenus, dictus à Patre Episcopo oppidi Nazianzon, cujus factus est successor, de cujus vita egit Gregorius presbyter, item Didymus Alexandrinus, vir oculis captus at mente perspicacissimus & libris de Sp. Sancto conscriptis, clarus; de quibus varia notavit *Hier. in cat.* Horum Σύχρονος fuit Faustinus diaconus, qui septem libris Arianos impugnavit. Gratiano & Theodosio Imperatore, in eminentia constituti fuerunt, Epiphanius Salaminius ab Origine Ecclesiæ ad sua tempora, hæresium acurus

acutus censor. Gregorius Nilenus frater Basilii M. Ambrosius Me-
diolanensis Episcopus, quante baptismi initiationem ad Episcopi mu-
nus vocatus fuit. deniq; Philostratus Brixienſis, qui librum de hæresi-
bus adornavit. Porro Optatus Milevitanus Episcopus Africanus, Do-
natistarum hostis. Hieronymus Bethlehemi habitans Latine, Græcè
& Hebraice doctissimus, cujus opera in novem Tomos rededit Eraſ-
mus. Aurel. Prudentius Poëta, qui in suis carminibus planè à gentili-
um Deorum nominibus abstinet. Circa seculi IV. exitum floruit, Johan-
nes Chrysostomus ob elegantem loquelam, sic dictus, qui scripturis,
homo letice interpretandis, sedulam operam dedit, juxta *Socrat. 6. c. 3.*
Is reliquit discip. sibi haud multo dissimilem, Isidorum Pelusiotam.
Ruf. l. 3. Seculi V. primos annos haud parum illustriores reddunt S.
Augustinus Hippon: per 40. annos Episcopus, qui tantò dexteritate
judicii Hieronymo superior, quanto cognitione linguarum inferior fuit.
Vir multi laboris ac pietatis, cujus vita descripta est à *Posidonio*, quæ
in principio primi Tomi operum ipsius extat. Sulpitius Severus Bi-
turigam Episc. Historiæ scriptor ab initio ad annum usq; Christi 387.
& in eodem studio laborans Paul. Orosius. Sub Theodosio juniore,
Nestorianos confecit Cyrillus Alexand. Episcopus; cujus libri, Colo-
niæ in duos Tomos distributi, exierunt, ejus æmulus existit Theodo-
retus Syriæ Episc. is initio Nestorianus, in Chalcedonensi Concilio in
viam rediit. Vincentius Presbyter Lirinensis, qui pro Catholica
fide, adversus hæreses scripsit. Salvianus, presbyt Maffil. is octo
libros de providentia Dei, & quatuor ad Eccles. Catholicam, adorna-
vit. & Vigilii cujus sunt illi quinque libri contra Eutichen. Mirto So-
cratem, Sozomenum & tandem Theodoretum, ex quorum narratis Tri-
partitam, Aurelius Cassiodorus compilavit, ubi varia à Constat. M. tem-
poribus ad usq; Theodosium juniorem pertractantur. mitto Victorem
Uticensem, persecutionum Aphricanæ Ecclesiæ historicum, & mul-
tos alios. His pastoribus, Deus suum ovile, contra lupi infernalis in-
sidias gratiose commisit. Sic plures fuerunt reperti assertores genui-
ni Christi, quam osiores. Tot hi nuncii, Pacis luculentum perhibent
testimonium, Deumq; semper suorum curam habuisse.

Deinde liberum Religionis exercitium probare possumus, ex hi-
storia Patriarchali, qui in tanta eminentia nunquam fuissent conspicui,
Aureli-

XVIII.

si religio plane fuisset his seculis suppressa. His Patriarchis sua inter se constabat communio, & Epistolas quas commutabant invicem pro salute Ecclesiae pri^o Canonicas, dein formatas dicebant; li aliorum Episcoporum & Metropolitanorum Principes & Judices erant, unde & Throni Apostolici salutabantur. Mitto *Leonis Allatii in tract. de perpetuo consensu Eccles. orient. & occidentalis* effectum, Petrum divisisse Patriarchales tres sedes in Asia, Africam & Europam, sicut Noe cum suis tribus filiis fecisse putatur. Interim diffiteri haud possum, quinque Patriarcharum superintendentiam, late per terram se diffudisse, qui primitus, ad id potissimum attendebant, ne haeretici domum Ecclesiae destruerent, et ut caelestis ac salutaris doctrina illibata permaneret, ac orthodoxa religio in Ecclesia publice in perturbate florere, in ut Ecclesiae unitas rectius servaretur. Uno verbo, potestatem habebant Archiepiscopos & Episcopos ordinare, & confirmare. Concilia nationalia indicere poterant; ad eos spectabat morum censura, nec quis ab eorum decretis ad superiorem in terris Clericum appellare poterat. Patriarchae dicti sunt, quia Patrum Ecclesiae erant Principes, de cujus nominis origine egregia habet Perterius in Pithanis & Joh. Morinus in Exercitationibus. Alias non est de nihilo *Salmasii, de Prim. Pape, c. 4. p. 44.* sententia, qui Patriarchae nomen a Judaeis mutuatum fuisse putat; qui certos habuerunt Patriarchas, ut relatum in *Legibus Constantini, prima & secunda Cod. Theod. de Judaeis*. Mox post Apostolorum tempora Episcopi Metropolitani, quandoque Patriarchae salutati sunt: ad quod probandum unicus nobis sufficit *Socrates. l. 5. c. 8.* Tandem & quidem potissimum in Constantinopolitana Synodo, hic Titulus certorum quorundam factus est. Ita ut Exarchus provinciae in posterum idem sit cum Metropolitanano. Exarchus autem Diaeceseos, quod Patriarcha. Sanè Patriarchae, quod praesminentiam praeter alios habeant Clericis, id ab ipsis mutuaverunt Civitatibus amplissimis, quorum fuere alias Episcopi. Tanta est adhuc horum excellentia apud Pontificios, ut hos praefereant Cardinalibus, *Decretal. 5. Tit. 33. c. 23. Antiqua.* Excepto unico Hostiensi Cardinali, qui primus est a Papa. Authores, qui statum horum Patriarcharum & aliorum improprie sic dictorum, repraesentarunt, in magno numero citat *Eutychius in Orig. Eccles. Alexandrinae*. Romanus Patriarcha, solus Ecclesiam in Occidente gubernabat, & propter veterem Romanam, olim sedem Caesarum, prohaedriam affectabat. Constanti-

nopoli-

111 542
nopolitanus habuit potestatem ordinandi Metropolitanos Asiae,
Thraciae, & Ponticae. Et in Chalcedonensi Synodo, Can. 28. concur-
rentem cum Romano Episcopo dignitatem accepit. Olim ne qui-
dem honorem Archiepiscopi habuit, sed civitas hæc ab Heracleæ Me-
tropolitano, Episcopos impetravit. Nilum Doxopatrium sæpè citat
Leo Allatius, qui vult hunc Patriarcham suble Metropoles, aliis impe-
rantes Episcopatus LXV. & Archiepiscopatus, destitutos Episcopis;
34. habere. Varia huc spectantia leges apud *soerat. l. 5. c. 8. Theod. l. 5.
c. 9. Sozom. 7. c. 9. & Niceph. Callistum lib. 12. c. 13.* Patriarcha Alexan-
drinus præfuit rebus sacris, per Ægyptum, Lybiam & Pentapolin, juxta
Canon. VI. Syn. Nicæna. Hic adhuc Æthiopibus Abissinis in defun-
cti Abunnæ locum, ad desideria Præciosi Johannis, natione Alexan-
drinum, electum à monachis sepulturæ Christi, Metropolitanum
confirmat & transmittit, *Eutychius in Orig. Alexand: Ecclesia*, quas ex
Arabico translatae, & notis auctas *J. Seldenus edidit Londini An. 1642.* re-
fert, Marcum Hananiam sutorem, cujus digitum subula cæsum verbo
sanarat, Patriarcham Alexandriae constituisse primum, eiq; adjunxisse
12. Presbyteros, ex quibus in posterum eligerentur Patriarchæ; quan-
quam hunc Eutychinum, Authorem non adeo venerandum nominet
Henric. Hammond, Prof. & Presbyter Auglicanus in dissert. 9. t. Blondell. p. 177.
quem vide. Sequitur Antiochenus, cui subsuerunt Christiani per Sy-
riam & accolæ Lybani, & nonnulli Asiae Majoris inhabitatores; fuit
quondam hujus Superintendentia satis ampla, sed Hierusolymitanus
ei tandem subtraxit Phœniciam, Arabiam, & Palestinae partes. Præroga-
tivam hanc obrinuit, quia urbs antiquissima, & incolæ primo Christi-
ani nominati sunt. Tandem Hierusolymitanus Papa, quondam Cæ-
sareæ metropoli Syriae suberat, at per placita congregatorum in Chalce-
donensi Concilio, Patriarchali dignitate ornatus fuit, quia ibidem
Christus ipse docuerat, passus & resurrexerat; huic subsunt metropo-
les Cæsareæ, Basan, Petra & Bostra, & Archiepiscopi 25. nullis Epi-
scopis nobiles. Hujus Patriarchalis sedis faciem deliniarunt *Morinus
in Exerc. Eccles. l. 1. c. 7. Bell. d. R. P. l. 1. c. 24. Baron. ad A. C. 553. num. 245.*
Hæc spectabilis Ecclesiae gubernatio & forma, nostrum comprobat af-
sertum, hoc quoq; tempore, liberum Religionis exercitium Christico-
lis concessum fuisse. Ubi n. viget doctrinae puritas, illaq; publice pro-
ponitur, ibi & Ecclesiasticis sua relinquatur dignitas.

C

Omni-

Omnium autem luculentissime Religionis Orthodoxæ publicum
 & liberum exercitium probatur ex Synodologia horum temporum,
 per quarum conclusa Herætica refutati & rejecti, & pax publica Ec-
 clesiæ reddita fuit. Ideo enim Constantinus M. ne malum Arii longi-
 us serperet, Anno imperii 20. Salvatoris 325. ut volunt *Jos. Scaliger, Pe-
 tavius & Baronius*: vel juxta *Gilb. Genebrardum lib. 3. Anno 334. & Psellum
 in initio Carminum de septem Synodis*. convocavit Nicæam in Bitinia 318.
 Episcopos, vel tot, ut alicui visum fuit, quot scilicet anni tunc à Chri-
 sto nato effluerant. Inter quos nonnulli martyres fuerunt, mutila-
 ti aliqua corporis parte, per sevitiâ præcedentium Tyrannorum Ma-
 ximini & Licinii, quorum omnium nomina ex Codice Oxoniensi *Jose-
 phi Ægyptii*, excerptis *Selden. p. 86. ad Eutychie Orig. Alex.* Eosq; Cæsar publi-
 cis vehiculis adduci curavit. Taceo præsentibus Presbyteros & Laicos, plu-
 res 2048. Re rite peractâ, spatio triennii; juxta *Binium Tom. 1. Conc. p.
 316.* saltem trium mensium, symbolum Nicænum conscribatur, in quo
 Arii f. Porphyrii, Samosatani, Novati prava dogmata publice & ex au-
 thoritate Cæsaris damnantur; libri hæreticorum in ignem mittuntur,
 & ut porrò in Ecclesia omnia fiant ordine & decenter, Canones consti-
 tuuntur. His sancitis omnes subscripserunt; & si verum miraculum,
 quod *Niceph. l. 8. c. 23.* refert his verbis: Chrysanus & Musonius, qui
 cum patribus omnibus in S. prima Oecumenica Synodo consensimus,
 quamvis corpore translati, manu tamen propria, nos quoq; libello
 subscribimus? Quomodo in Sardicensi ac aliis Synodis decreta Con-
 ciliî Nicæni fuerint confirmata, luculenter ex antiquitate Ecclesiastica
 patet. Eodem modo Imperatore Theodosio seniore Anno 381. Ma-
 cedonius cum asseclis, qui docebar Sp. S. esse creaturam, in Conc. Con-
 stanti nopolitano per 150. Orientales Episcopos, refutatus fuit, teste
Theodoro. l. 5. c. 9. quorum acta & transacta Cæsar sigillo proprio
 corroboravit. Quamvis hic peculiare symbolum non fuit editum,
 addidere tamen Symbolo Nicæno hæc verba. Credo in Spiritum
 Sanctum. Sequitur Synodus Ephesina, quæ coacta jussu Theodo-
 sii junioris, circa Annum 431. in qua Nestorius proscriptus fuit, judicio
 230. seu ferè 300. juxta *C. Baronium*, Episcoporum, inter quos præci-
 pius fuit Cyrillus Alexandrinus, qui 12. Canones contra Nestorium edi-
 dit. Haud multis ab hinc temporibus, anno. 451. Chalcedone, regnan-
 te Martiano, explosa fuit hæresis Eutychie & Dioscori An. 630. Episco-
 pis,

513

pis in præsentia Imperatoris, spacio tredecim dierum. Possem hic quoq; recensere acta in con. Constantinop. Secundo, ubi deliramenta Origenia Nestorii ac Eutyichis reliquæ extirpatæ. Et in Constantin. Tertio. Ubi damnati sunt *μνοθελησι* &c. Sed sufficit hæc summaria repetitio Synodica, ad probandam per hæc tempora Christianorum libertatem. Equidem qui jus habent publicè aliquid statuendi in alios, illi libertate insigni gaudent, uti hoc luce meridianâ clarius est, de veritatis cælestis horum seculorum assertoribus.

Nec Julianus Apostata potuit in nihilum redigere Christianos, templum Hierusolymitanum ab ipso restauratum, terra suo motu, facile confregit, teste. *Rufino. l. 10. c. 38. & 39.* Nec potuit omnes Scholæ medio tollere, cunctosq; libros sacros comburere. Ipse tandem agnovit, sed serò nimis, se in vanum laborasse, & inique gladium in Christianos strinxisse. Regna quidem & Monarchiæ suas habent vicissitudines, at verò Ecclesia semper inconcussa invictaq; constitit, etiam posteaquam cælum & terra præterierint, cum capite suo Jesu triumphabit. Huc spectant verba *Psal. 132.* Sion requies mea in seculum seculi; imò totus *Psal. 46.* triumphum Ecclesiæ, contra quosvis hostes sufficienter præsentat. Quis nunc non erroris arguet illos, qui ut legimus apud *August. de. C. D. l. 18. c. 54.* existimant, religionem Christianam duntaxat 365. annos duraturam?

Ad tempora hæc recte referimus originem Templorum, eorundemq; solennem dedicationem; originem bonorum Ecclesiasticorum; sanctæ crucis in sacris publicam & frequentem adhibitionem; diei Dominicæ per totum Imperium Romanum, spectabilem & uniformem celebrationem, ubi ante hæc tempora, in pl. locis Sabbatum, in Creationis; una cum *κρουακη* in resurrectionis Christi memoriam, observant; Scholarum publicarum constitutionem; Publicam Ecclesiarum confessionem &c. Quis denuò nobiscum non affirmabit, hisce seculis, libero religionis exercitio gavisos fuisse Viros DEI, & qui Christo in lavacro regenerationis nomen dederunt?

Ordo tandem exposcit, ut disquiram, quæ facies fuerit Ecclesiæ sub Antichristo tam Orientali quam Occidentali. Utriusq; sevitia & Tyrannis vix modum habuit, ut ex consequentibus colligere facile licet. Orientalem Juratum quod attinet Christianorum hostem,

nemo est qui ignoret, seculo VII. Mahumedem Arabem natione,
gente Ismaelitam, cum matrimonio sibi associaffet, divitem viduam,
nomine Cadigam in Corozan provincia, Principem declaratum fuisse,
à rebellantibus Saracenis vel potius Hagarenis. Qui ut auctoritatem
sibi conciliaret, suumq; rectius confirmaret Imperium, Prophetam.
Altissimi se esse dixit; ac finxit Gabrielem cælitus ei, in *exce* con-
stituto, Alcurani mendacia revelasse; cum verius à Dæmone & comi-
tiali morbo jactatus, identidem corrueret. Nos autem ex Aposto-
lo Gal. 1. didicimus anathema dicere, docenti contraria Evangelio quod
accepimus, etiamsi angelus de coelo sit. Alcuranum beneficio Sergii
Nestoriani, qui ob hanc hæresin ab Ecclesia ejectus fuerat, Bairæ Ja-
cobitæ, Judæi Phineæ & Abdæ Bensalon, compilavit: stylo Arabico,
in Methath villa, Anno Christi. 624 Repletum mendaciis, ex propria
confessione, cum inter alia dicat, ex 2000. sententiis saltem 300. quar-
tam partem à veritate haud aberrare. Hic varias hæreses permiscuit,
ut nova appareret religio, & in ea suæ quisq; religionis vestigia depre-
henderet. Dividitur Alcuran in capita dicta Souraton. *Forbesius Instruct.*
hist. Theol. 1000 lib. IV. ostendit impietatem doctrinæ Muhammedanæ,
quem hujus studii eultor evolvat; qui cap. 15. artes quatuor citat, qui-
bus propagata fuerit Muhammedana supersticio, scilicet 1. Latrocinium
& terror gladii, 2. Perfidia, 3. cardinalium voluptatum effrenis licentia
& permissio, 4. Cæca obedientia, quia non finit de doctrina sua di-
sputare. Quod Turcarum modernorum, tanquam genuinæ prolap.
Mahumedis sacra attinet, indies quinq; vicibus, lavatis brachiis facie &
pudendis, discalceati intrant templa, respicientia meridiem Medinam
versus, ubi Mahomet sepultus jacet; quare & eo faciem inter preces
convertunt. Inter alia orant, ut semper maneant Christiani discor-
des, fore aliàs ut per nostratum concordiam illi evertantur. Non
per sonum campanarum sed puerorum vocem, venite in templum,
convocantur. Mulieribus templum intrare non conceditur. Pre-
ces in Arabica fundunt lingua, multis ignota. Et speciem sanctitatis
etiam per plateas orando, adhibito rosario, præse ferunt. Dum orant,
digitis aures obturant; circa Orationis finem, modo ad dextram, modo
ad sinistram respicientes, angelo bono & malo acclamant identidem,
allahe, illela; In illorum Ecclesiis communiter hoc Arabicum dictum
adscriptum reperitur, lahe, lahe, illela Muhammeden resullula, Deus
est

514

est Deus, & Mahomed est Propheta. Sacerdos in feriis illorum de-
suggestu caput quoddam ex Curano recitat & exponit. Gladium
evaginatam inter concionandum sæpè producit, nam ense quoq; defen-
dendum esse Mahumedanistmum. Pueruli illorum circa annum ætatis
sexum vel septimum à Chyurgis circumciduntur, & Musulman salu-
tantur, ubi simul edunt confessionem, Deum esse Deum, eumq; unum,
Mahumerem vero ejus Apostolum. Nomina autem mox à nativitate
impetrant. Quatuor Clericorum ordines admittunt, dictos Deruis-
cier, Omalier, Calendier, & Torlachii: qui haud multum ab similes sunt,
ordini mendicantium inter Pontificios. Moniales nullas agnoscunt.
In festivitate Cudschuk-Wieram dicta, excurrunt pl. Medinam ad
Mahomætis sepulchrum. Hunc statum modernæ Ecclesiæ Turcicæ
ex variis itinerariis Turcicis sic habe. Persarum sacra ab Ali muruata
levi penicillo depinxit. *Joh. de Laet. in statu Regni Persici à pag. 157.* Hunc
præstigiatorum Mahumedem, Meccicenses in patria ferre haud pote-
rant, à quibus fuga sibi consuluit, die 9 Anno C. 622. Julii 16. Et
Jerribum post Medinam Alnabi, civitatem prophetæ dictam, conten-
dit. Ab hac fuga, quam Hegiram vocarunt Arabes i. e. persecutio-
nem, nova Mahumedanorum Epocha originem trahit: quorum
Anni sunt lunares, unde triginta & duo Saracenorum triginta & uni no-
stris circiter respondent. *Forbesius Instruct. hist. Theol. 4. c. 2. Joh. Da-
mascenus l. de heresibus* scribit; Hagarenos multis ante Muhamedem
annis coluisse Luciferum, unde viderur summa celebratio diei Vene-
ris. Hic pseudopropheta magnas excitavit turbas temporibus Hera-
clii, multasq; terras armata occupavit manu. Professus quoq; est Mosem
lege instructum, Christum J. Evangelio & miraculorum donis exor-
natum, se vero missum à DEO, ut armata manu mortales converte-
ret. Hic nebulo cum in multis locis, Impietatis & Tyrannidis funda-
menta jecisset, mortuus est: cujus sepulchrum ferreum in hunc usq;
diem, in aëre, beneficio magnetis, pensile, videre licet Medinæ. Suc-
cessores habuit Abu becherum & Alin; hi & reliqui Chalifæ, tanquam
religionis & imperii vicarii æstimari cupiverunt. Religionis sociis pla-
cebat Musulmanni i. e. fidelium appellatio. Aliquandiu Chalifatus se-
dem fixerunt Damasi, post Bagded ubi olim Seleucia stetit. Longo
post tempore cum Rudolphus Comes Habsb. Imperator German. crea-
tus esset, natus est Osmanes, qui duxit victricem exercitum, Olympi
cir-

circumjacentes terras occupavit, is author est hodierni amplissimi Ottomanici sed Turcici imperii. Hoc Imperium ac abominabilis religio, se per Europam maximè Asiam & Africam extendit.

XXIII.

Quanquam autem sevitia hujus Christiani nominis hostis, intolerabilis sit; Non tamen omnes eradicare pios & fideles hucusq; potuit, sed potius patitur suo quemq; ritu vivere, imò cogitur ipsis quodammodo liberum religionis exercitium concedere. Non dicam de nobili Hugonis Philippi, i. Francorum Regis fratris Godefredi Bullionis Ducis Lotharingæ Anno 1097. in Terram sanctam expeditione, ubi aliquamdiu Christiani sacra commode tractare potuerunt, aliisq; renovatis expeditionibus, de quo Bello sacro, vide *Paulum Æmilius in hist. de rebus gestis Francorum, à libro quarto ad nonum; VVilhelmum Episc. Tyri, in sua hist. Regni Hierusolymitani. Albertum Aquensem, in Expeditione Hierusolymitana. & Forbesium hist. Theol. lib. 4. c. 20.* Vel de sacra Scriptura, quam adhuc magnificiunt Muhammedanorum Muder i. e. Doctores, quamq; in Arabica lingua sæpè legunt, ut observavit ipse *Salamon Schyveigger in seinem Reissbuch lib. 2. c. 5. 2. p. 179.* Sed scimus Patriarchas in Oriente quatuor, non defuisse esse, quamvis eorum potestas paulatim multum fuerit limitata & restricta, utq; in quibusdam religionis punctis ab orthodoxa recesserint. Uti patet ex *orat. Dav. Chitrai de statu Ecclesiarum hoc tempore in Græcia, Africa & c. pag. 17. & ejusdem Epistolæ aliquot Patriarcharum ad eundem.* Quod scriptum, virgula Censoria notare attentavit, sine fundamento, *Leo Allatius in lib. de Ecclesiæ Occid. & Orientalis perpetua consensione;* nam plurimos citat authores, rectè asterisco notatos, qui nunquam sunt editi; Imo multis in locis nude, sine teste, sua refert somnia. Quis hujus suspecti viri narratis tantam, quam luculentis Chytræi testimoniis fidem adhibebit? Statum Ecclesiæ modernæ per Muscoviam & Persiam *Oliarius in der Persianischen Reise* prolixius persequitur, quem vide. Ex his & aliis optimæ notæ authoribus ac oculatis testibus persuasi sumus, Ecclesiam Christi agnoscendam & colentem verum Deum æternum Patrem Filium & Sp. Sanctum, non solum conservari in mundo omnibus temporibus & locis, nec exiguis hisce & augustissimis Europæ finibus tantum contineri, sed in media Turcia, in Græcia, Asia, Armenia, Iberia & intimæ Africæ regionis latissimis, publico Evangelii Christi & Sacramentorum ministerio colligi

516

colligi & propagari, ut verba sonant nostri quondam *Chytræi. c. 1. Exor-*
to Schismate, hi Patriarchæ à Romano sunt separati, inter sese tamen
conjuncti manserunt, in hunc usq; diem, collocati sub dominatum
Turciam. Iis sua Sacra intacta relinquit, si saltem Sultano tributum
annuum Charazio dictum, & cum inaugurantur, munus Pescesium vo-
catum, solverint. *Schveiger in suo Itinerario*, varia de cunctis his Pa-
triarchis narravit, quibus cum omnibus & singulis ipse locutus. De
Constantinopolitano scribit. l. 2. c. 35. quod in suo palatio alat viginti
Monachos religionis græcæ, & aliquem Janischarum, ne quisquam
illos acillorum sacra turbet. Habet & suos officiales, quibus si opus
fuerit, quædam expedienda committit. Hujus Episcopatus adhuc
subsunt omnes Ecclesiæ Europæ, Asiæ minoris, Insularum maris
Ægæi. Reditus annui erunt 20000. Hungarici aurei, unde alit suos
officiales, suumq; tributum scilicet, 5000. ducatos Cæsari solvit. Ab
hoc Patriarcha, commemorat, non procul abesse Constantinopoli,
Patriarcham Armenianum, qui cum tribus monachis sua sacra in ali-
quo monasterio tractet, hi grati sunt Turcis, de quorum religione vide
authorem jam citatum lib. 2. c. 65. Uni Archi Episcopo amplissimæ ur-
bis Thessalonicæ (ut notavit Chytræus) quam Salonich hodie vocant,
ubi tria tantum templa Turci, Christiani verò plura quam triginta te-
nerent, decem adhuc Episcopos esse subjectos. Et Græcus quidam
Thessalonicensis commemoravit Chytræo, se Athenis 250. Christianos
sacerdotes vidisse. Imo Christianis per totâ Græciam, cum annuū tribu-
tū de singulis capitib; singulos aureos pendunt, facultates & religio libe-
ra relinquuntur. Sed hoc tristissimum est, quod Turca ex Græciæ op-
pidis non nullos egregios juvenes delegat, qui ad Turcicæ religionis ri-
tus & ad militiam instituuntur, Janischaros dictos. De Alexandrini
Patriarchæ moderno statu, refert *Schveiggerus l. 3. c. 10. pag. 253.* quod
habitet Cauri, ne procul absit à Wascha ibidem degenti, Alexandria
interim relinquit vicarium. Hierusolymitanum depræhendit in me-
diocri statu, ubi X. adhuc Christianorum templa supersunt. Da-
masci ad S. Mariæ ædem offendit Patriarcham Antiochenum, nec ten-
tem chyrothecas. Qui tamen omnes inperturbate, medios inter
hostes, vixerunt. Ecclesias subditas sine insigni impedimento guber-
narunt, & hucusq; gubernant. Reliquias veteris Ecclesiæ studiose pro-
pagant, ut ex liturgiis illorum patet. A Missis privatis & Sacrificio

cor-

corporis & sanguinis Christi, pro redemptione vivorum & mortuorum abstinent, curam pauperum habent, integrum sacramentum seu utramq; speciem, sed simul in uno cochleari, populo porrigunt. Maritos à sacerdotio non arcent, quamvis à secundis abstinere cogantur nuptiis. Hæc & alia distinguunt Ecclesiã Orientalem à Romana; ac notant, non omnem caelestem veritatem sublatam in iis terris, ubi aliàs Mahomet suum regnum stabilivit. Quod Ecclesiæ Christianæ florem per Africam attinet, Chytræus p. 31. commemorat. Huc referendum *Bodini. 5. de Republ. c. 7.* effatum, Calogerantas Christianos summa charitate, quotidianisq; largitionibus fovere Turcam. Et quod majus est, ad Religionem Muhammedanam amplectendam Turcæ neminem vi adigunt, uti *Jacobus Palæologus, in Epistola de rebus Const. & Ch. gestis Anno 72. scripta*, testatur, his verbis: Aliquem Nicolaum, quondam apud Christianos superintendentem Middelburgensem, Byzantii in senatu Bassarum, audiente Rege petiisse, ut Turcus fieret. Datumq; illi fuisse spacium octo dierum, quod nollet Turca quenquam, nisi suâ sponte, fieri Turcum. Hæc cum se ita habeant, patet passim inter multitudinem Mahometicam, Ecclesias Christianas (ut in Vindemia non ubere unus & alter potrus) sed dogmatum & rituum dissimilitudine & varietate quadam differentes, & sectis dissectos in toto oriente reliquas esse. Et hoc ipso eodem seculo, stabiliunt assertura nostrum, de religionis libero exercitio etiam per Orientem.

XXIV.

Eodem seculo & quidem paulo ante Mahummedem, prodiit Episcopus Romanus, Oecumenicus dictus, verus Antichristus, cujus Tyranni incrementa & mutationes, his verbis *in disp. de Rom. Pontificè ante sexennium th. 46. notavi*. Initiò Romanus Præsul Imperium in Episcopos, tum in Imperatores, postremo in ipsum Christum, sibi arrogavit. Vel in hunc modum, olim conceptus; verè autem natus est Anti-Christus in Bonifacio, circa initium seculi VII. ubi Episcopus Catholicus seu Oecumenicus per Phocam dici cæpit, autoribus *Platina in Bonif. 3. & Ado. Viennen. in Chronico. 604.* qui cunctos Clericos totius orientis, huic quoq; subjecit; juveniliter exultare & lascivire incepit, in secunda Synodo Nicena Anno 787. Regimen adiit in Gregorio septimo seculo XI. Triumphatorem se præstitit in Leone X, quando in Lateranensi Concilio ex Episcopo Vice-Deum fecerunt, quo ipso ne quidem S. Scripturæ auctoritas major esse possit, juxta *Silvestrum Prieriætem in dialog. adversus*

517

suu Lutherum. Cujus altitudo nulla lingua exprimi, nullâ humanâ ratione indagari possit, teste Zoderico Zamorensi in speculo hum. vite l. 2. c. 1. & Bartholdo Cassaneo in catal. gloria mundi, part. 4. Papa à nemine, nec à Christo quidem nec in Concilio judicari vult, suamq; sedem super astra Dei effert, dist. 40. Can. 1. Non nos. & Causa 9. q. 3. Can. 14. Eum, interprete Papâ Gregorio l. 4. Epistola 38. Universalem fecerunt Episcopum, quod secundum Gregorii ejusdem sententiam erat, Abominationem dissolutionis collocare in loco sancto, ut videre est in lib. 4. Epistola 36. 39 & lib. 6. Epistola 24. In verbis quidem se dicit servum servorum, de facto autem adorari cupit, quem cultu Angelus in Apocalypsi, c. 19. refugit. Adeo se effert Antichristus adversus quicquid dicitur Deus.

Cum ad tantum Papa paulatim honoris ac potestatis tenderet fastigium, monstra varia parturire incepit. In negotio religionis & fidei, quicquid statuendi sibi potestatem sumsit, ita ut nullus liber Canonicus haberetur, absq; ejus autoritate; ille esset & conditor & demiurgus sacrorum dogmatum, ut hæc Gregorii VII. verba Abraham Bzovius de R. P. c. 23. observavit. Ille apud suos versionem vulgatam in authenticum textum commutare potuit. Et varios fidei articulos prohibito finxit, sub dispendium salutis credendos, multisq; anathematismis fulcitos, ut patet ex decretis Syn. Trident. Papæ, ex cujus cordis penetralibus, velut ex Pandoræ pixide, quidvis mundo obrudi & ad credendum promi posse, putant, nullus dicere audet, Papa cur hæc facis? Ejus vox, uti Gorgonis caput, omnia in saxa, apud suæ fidei socios, convertit. Et licet totus mundus Papæ reclamer, tamen hujus sententiam approbandam esse, scribere haud erubescit Cataldianus in Tract. de Potest. Papæ. Congruenter itaq; Paulus de hoc pseudo Ecclesie capite, dixit. 2. Thes. 2. 4. cum se extollere super omnia, quæ sunt DEI. Papa cum sibi sumat censuram in DEI verbum, ac judex summus esse velit controversiarum fidei, præse quoq; spernit Conciliorum decreta & S. Patrum placita, uti Romæ publ. dixit Episc. Bitont. Ego plus uni summo Pontifici crederem, in his, quæ fidei mysteria tangunt, quam mille Augustinis, Hieronymis, Gregoriis, ne dicam Richardis Scotis & Guilielmis. Et quod hic dicitur, re ipsa comprobavit; Nam quando Chalcedonensis Synodus Oecumenica, Romanum Constantinopolitano Episcopo æquiparavit, se ipsum tamen omnibus mul-

XXV.

D

tum

tum prætulit. Imò totali consensui primitivæ Græcæ & Latinæ Ecclesiæ, unus Papa contradicit, quæ statuit B. Mariam in peccato originali esse concepam, ut ostendit ipse Pontificius *Canus l. VII. c. 1. Section. Sanctii*. Et quis nescit, Papam ferre haud posse statutum Constantiensis & Basiliensis Concilii. Concilium esse supra Papam, & Papam teneri concilio obedire? Quapropter procul dubio noluit, ut de Romani Pontificis œcumenica potestate quicquam agerent in Tridentino Concilio, cum tamen hæc sit unica propè tibia, cui totæ Ecclesiæ Papalis domus innitatur. Varia hujus generis, *Petrus Suavis Polanus*, ut dici mavult, aliàs recte Paulus Servita Theol. Venetus, suæ Historiæ Concilii Trid. inseruit.

XXVI.

Hac potestate hæc bestia nondum contenta est, Cæsares & Reges multo infra pedes suos collocat. Et tanto Imperatore majorem esse Papam, quanto Sol Lunâ major est, eructare non veretur, *Baldus c. solit. de Majorit. & Obed. Augustinus Steuchius* sedis Romanæ Bibliothecarius, ex registro quodam Gregorii Papæ omnia Europæ regna recitat, eaq; ad sedem Romanam pertinere affirmat. Hinc Occidente haud contenti, Orientis quoq; provincias sedi suæ, sub prætextu belli sacri & recuperandi sepulchri Domini, subjicere conati fuerunt. Ipse Bonifacius VIII. Anno 1300. in frequenti Jubilæo concursu clamavit: Ego sum Pontifex & Imperator, terreste ac cæleste imperium habeo. Hanc illimitatam Papæ potestatem, juris Canonici doctores cum Scholasticis defendere publice audent, & Reges ac Principes saltem Magistratus munere fungi cupiunt. Quamvis Sorbonæ. e. Collegium Theologicum, Parisiis à Roberto Sorbona dotatum, nullam Papæ absolutam agnoscat potestatem. Quid non attentavit Gregorius VII. furialis mundi incendiarius & ardelio, qui primus levavit Sacerdotalem lanceam contra diadema regium. Is Henricum Cæsarem imperiali administratione temerario ausu dejecit, & omnes subditos à juramento fidelitatis absolvit, substituto in ejus locum Rudolpho, uti hæc consignata reperiuntur in *Chronico Abbatis Stadenfis, ad An. 1080.* Et in *Chronico Selavorum Helmoldi cap. 29.* Mirro imagines Venetiis & Romæ affixas de Friderico I. seu Barbarossa, cujus caput pedibus conculcans Papa, cani jussit verba *Psal. 91. super aspidem & basiliscum ambulabis*; quas Urbanus VIII. removeri jussit. Alia adhuc stupenda, scribuntur in *Cerem. Pontif. sect. 3. & 12. c. 3. & 5.* Hanc autoritatem, ut publ.

ut publ. comprobet testimonio: Reges incidente Jubilæo, & circa inaugurationem noyi Pontificis, obedientiæ, & Cæsares, à temporibus Maximiliani II. reverentiæ, votum illi Romæ prællare coguntur. Vid. *Belarm. de R. P. part. 1. l. 5. c. 8. controvers. 3. q. 8.* disputantem, licere Papæ Principes deponere & privare imperio &c. Hoc ipso Pontifices se extollunt, supra omnem Deum, teste *Daniele*, efferendo se super omnes magistratus, quos scriptura Deos appellat; non attento, quod jam tantæ sint Episcoporum obligationes, ut vix tertiam earum partem recte implere quis possit, plura tn. arroganter in se suscipere præsumunt, quam ferendo pares sunt. Si penitus considerarent partes officii Episcopalis, quas recenset Paulus 1. *Tim. 3.* non se rebus ad huc immisce- rent profanis, uti fecit Paulus V. qui dicere solitus fuit, Papatum non esse rem desiderabilem, seq; in eo tot molestias & labores experiri, ut cum iis paupertas, disciplina & labores omnes, quos in vita Religiosa subierat, nullo modo essent comparandi, teste *Corn. à Lapid. in Comm. Apocal. ad cap. 3. v. 1. p. 56.* Et Paulus III. Papa, qui ultimum spiritum trahens, dixit: malle me subjecisse coco familiæ Capuccinorum, quam hanc Deo proximam 16. annorum curriculo dignitatem sustinuisse; uti refert *Paul. Jovius*, in ejus vita. Quibus autem artibus hic Romanensium Clericus ad istam iniquam præminentiam adspiravit, eleganter ostendit, velut ad oculum *Pet. Molinaus de Monarch. Temp. Rom. Pont. c. V. & Jesu VValt. Rickart. aliàs Marnix de Aldegonde im Vinentorb* toto cap. X.

Prout nimia potestas in Tyrannidem degenerare solet, ita & Papa, XXVII. qui putat sibi omnem in cælo & terra potestatem datam esse, tyrannice persequitur qui eum adorare recusant. Ut prisca silentio præteream, quis nescit sævitiam hujus hostis, qui conscientis violenter imperare præsumit. Is sane ardentius sitit orthodoxorum sanguinem, quam ipsi quondam Christiani nominis hostes Romani & Judæi, vitæ ac bonis illorum nullo non tempore insidias struit. Ad quæ probrosa facinora inflammatur, sanguine Christianorum madidus Papa, per Jesuitas potissimum; quo rectè collimat *Hasenmullerus in Hist. Jes. ord. cap. 1.* his verbis. Ignatium (Lajolam) & ejus posteros ab igne dici & denominari, quod sacer ille ordo, innocentes ad ignem condemnet, dum Jesuitæ tanquam incendiarii faces ardentes, à Papis acceptas, ubiq; circumferunt & Ecclesiam incendunt, ut ea tandem penitus deflagret. Cujus

rei evidentissima exempla extant antè pauca tempora in Styriâ, Bohemia nunc quoq; in Silesia aliisque Cæsaris terris hæreditariis. *Job. Sleidanus lib. 3.* recitat literas Adriani Papæ Anno 1522. scriptas ad Imperii ordines Noribergæ congregatos, in quibus ad Bellum Cæsarem & Imperii Status contra nostrates excitat: Quoniam, inquit, hic morbus non possit lenibus medicamentis curari, veniendum est necessario ad vehementiora, ejus rei non unum extare testimonium in Scripturis. Et majores ipsorum in Concilio Constantiensi rationem hanc secutos, in Hussum & Hier. Pragensem, pro ipsorum merito, vindicasse. Ipsos etiam hanc illorum virtutem imitari debere. Procaldubio optant omnes Papiseque idem, quod quondam Caligula: Utinam Lutherani unam cervicem haberent, omnes nos uno ictu perimerent. Sixtus V. suis sumibus militem aluit, pro S. Liga in Gallia ad opprimendum Henricum IV. Regum Navarræ. Ita quoq; Carolo V. nummos suppeditarunt, ad delendos Aug. Conf. socios. de cujus bello Germanico commentariorum libros duo adornavit *Ludov. ab Avila & Zunniga*, de quibus quid sit sentiendum, notavit *Sleidanus lib. 24.* ferme in principio. Vox Cardinalis Farnesii, ex Italia ad bellum Smalcaldicum euntis, hæc fuit: se tantam daturum stragem per Allemaniam, ut in Lutheranorum cruore vel natare possit ipsius equus, referente *Sleidano lib. 17.* Ut taceam molimina Nicolai III. Papæ, cujus occulta molitione, omnes Galli per Siciliam una nocte cæsi sunt, ad vespertas Siculas. Sane nullus Caucasus nec Hyrcania nec India, tam sanguinarias bestias aluit, quam hucusq; Petri fictitii successores. Adeste Phalarides, Busyrides, Nerones, Caligulæ & opstufescite ad sevitiâ Albani &c!

XXIIX.

Huc & spectat inventum Inquisitionis Hæreticæ pravitatis, quando Papa novum senatum ex Episcopis & Clericis creat, qui infernalis Judex, suspectos neglectæ religionis, mox ad carceres, dein ad supplicia atrocissima trahit, & facultates omnes fisco adjudicat: nullum, ne vel exiguum aliquod defensionis genus his, cujuscunq; etiam sint conditionis homines, concedit: nec potestatem habent pii provocandi ad magistratum superiorem. Triginta octo quæstionum capita, de quibus ininterrogantur suspecti, consignavit *Volf. lect. memor. cent. 16. fol. 619.* Quidam inquisitor Hispanicus Jac. Hesselius in Belgio, vino somnoq; sopitus, communiter hoc judicium sanguinis exercebat. Et cum ad sententiam ferendam interrogaretur, somnum ex oculis abster-

gens.

519

gens, dicebat: ad patibulum, ad patibulum; quod & in instanti factum, uti constat ex *Speculo Tyrannidis Hispanice in Belgio, pag. 70.* Ad pœnarum artes supra omnes Phalarides sunt ingeniosi. Supra portam Inquisitionis in Hispania, hæc norata leguntur; Occidite, crucifigite, Strangulate, excarnificate. Imò nec Regio Sangvini parcunt, quare multi pervasi sunt, Carolum Philippi II. Regis filium, ab inquisitoribus condemnatum, quod dixerit, mirius cum Belgis esse agendum; & hæc res ei mortè accelerasse fertur, in tractatu de *Hispanice dominationis arcanis cap. IV. §. 7.* Sane inquisitores voluerunt Caroli V. ossa effodere & comburere, quia brevi ante mortem visus fuit inclinare in illam sententiam, Hominem sola fide per Christum salvari, *Rom. 3.* Hæc cruenta inquisitio brevi temporis spacio, aliquot miriades hominum absumsit, & comburi iussit Fr. Biverum, August. Cacallam, concionatores Caroli V. ejusq; confessionarium Constantinum Pontium. Hæc inquisitio initio in Hispania, à Ferdinando Rege Arraganiæ Caroliavo materno contra Judæos & Mahometanos, post baptismum ad priora damnata dogmata redeunt, introducta est. sed tandem hæc potestas extensa est in omnes eos, qui vellatum unguem à Pontificiæ Ecclesiæ statutis desisterent. Unde & Ulyssiponenses, ut inquisitorium hoc terribilementum à se repellerent, Philippo Regi vicies & quinquies centena aureorum millia obtulerunt. Henricus III. R. Galliæ hoc cruentum statutum in suo regno recipere recusavit. Venetæ Reipubl. cum Papa Hispanicam inquisitionem obtrudere vellet, hoc responsum retulit: velle se in religione peccantes punire, at non Hispanorum more *Seleid. lib. 16.* Rectius justitiam administravit Portius Felix Judææ præfectus *Act. 25. 16.* Qui Judæis petentibus condemnari Paulum, Resp. Non esse Romanis (priscis) hunc morem, ut quempiam condemnent, priusquam is qui accusatur, in conspectu habeat accusatores, & locum defensionis accipiat super criminatione. Inculcat idem collegis suis Nicodemus *Joh. VII. 51.* Hi Sangvisugæ attendere deberent ad tragicum, nonnullorum inquisitorum exitum, ne idem iis contingat. Cujus nonnulla exempla notavit *Ant. Benbellona de Godentis, Ictus in lib. ad Pragmaticam constitutionem part. 1. cap. 12. p. 148.* Exaudit n. Deus vocem magnam eorum, qui propter verbum mactati sunt Dei: Useq; quo Domine, qui sanctus es & verax, non judicas & sangvinem nostrum vindicas ab us, qui terram inhabitant? *Apoc. VI. 9.* suffragatur nobis Tanne-

rus in materia de fide, qui vult infideles nullo modo posse compelli ad fidem, nisi solis persuasionibus, rationem addit; quia nimirum Apostoli non alium adhibuerunt modum, & quia fides est res supernaturalis, ad quam nemo cogi possit. Interim in illo aberrat à verò, dum statuit, homines posse cogi, ut Ecclesie propagationi locum dent. At nec hoc jus habet Ecclesia, Verba enim sunt clara *Math. 28.* docete omnes gentes, quæ si recusaverint vos recipere, fugite ex Civitate, in Civitatem. Christianos haud decet grassare in alios sub prætextu religionis. Quando autem Pontificii prætendunt, nos per vim cogi posse, ut præstemus, quod Ecclesie promisimus in baptismo, quo ipso facti sumus Pontifici obnoxii; ex quo fundamento Papistæ Evangelicos hostiliter prosequuntur, & vicissim Judæos in sinum ac protectionem recipiunt; Quo & illud, *rd compelle Luc. 14. 23.* spectare putant. Verùm nondum probarunt nos esse Apostatas Ecclesie Pontificie; In sinum Ecclesie Catholicæ per Baptismum recepti, non Papæ, sed Dei filii, declarati sumus. Quod *Lucæ* locum atinet, illud compelle, nil nisi instantiam vocatoris significat, uti ad oculum patet ex parallelis locis *Luc. 24. 29.* *Matth. 14. 22.* *Gal. 2. 14.* Carolum M. provocarunt Saxones suis seditiosis machinationibus, quare justo titulo iis bellum intulit, & hac occasione per prædicatum Dei verbum, conversi sunt. ideo nec hoc in exemplum Ecclesia Tridentina trahere potest, Ita & milites ordinis Teutonici Borussiam invaserunt, qua occasione incolas idololatrias ad religionem Christianam adegerunt.

XXIX.

Violentis modis religio ut propagetur nunquã svaferim, defendenda est religio non occidendo, sed potiùs moriendo: non sævitia sed patientia: non scelere sed fide. Tam acris medicina plus nocet quam prodest. Nam, si sanguine, si tormentis, si malo religionem defendere velis, jam non defendetur illa, sed polluetur ac violabitur. Arium in Nicæna synodo damnatum Constat M. non interfecit, sed in exilium misit. Paulus *Tir. 3.* svadet, hæreticum hominem post unam atq; alteram admonitionem repelli debere. & *2. Tim. 4.* argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Maximilianus II. dixisse fertur: nullam esse majorem pestem, quam dominari velle conscientiiis. Et Stephanus Batoreus Rex Polon. Deum tria sibi reservasse, ex nihilo aliquid facere, scire futura & conscientiiis dominari. Ob id super religionis puncto, litem nulli movit. Utinam hæc subditi Pontificii, à suo magistratu didicissent!

Religio

Religio sponte suscipi debet non vi, juxta statutum *distinct. 45. c. de Jude* non vi sed liberi arbitrii voluntate, ut convertantur homines, sedandos esse, non potius impellendos. Deo illæ placent hostiæ, quæ ex animo libentè eidem offeruntur. E. argue, increpa, obsecra omni patientia & doctrina, & omitte prædicationem, quæ verberibus exigit fidem. Pax Christi debet esse in cordibus nostris moderatrix cogitationum sermonum & actionum. Religio libertate gaudet, neq; in animis hominum invitis radices agit neq; cogi se patitur, qui vero Christianismum docentes aut profitentes eam ob causam pænis subdunt, haud dubie faciunt contrà ipsam rationem, nihil enim per se est in disciplina Christiana quod humanæ societati noceat, imo nihil quod non profit, verba sunt Grotii de jure bell. & Pac. l. 2. c. 20. §. 49.

Congrue huc spectat illa quæstio, An hæretici ex sola hæreseos causa internecioni sint tradendi? In qua sententia sunt Calviniani, quorum omnium nomine *Zanchius T. 2. Miscell. loco de Magist.* aperte sic scribit. Omnes fere ex nostratibus (scilicet Reformati) hujus sunt sententiæ, quod hæretici sint gladio puniendi. Et potissimum Pontificii. Iis a omnibus nos contradicimus propter illustrem locum *Matt. 13.* Sinite Zizania crescere usq; ad messem, idq; ideò, ne triticum simul eradicetur. Estq; hæresis qua talis, potius mentis cæcitas, imo absurdum est vitium capitis, capite puniri debere. Alia verò est ratio, quando hæresis conjuncta est cum insigni aliquo peccato seu vitio e.g. quando Anabaptistæ Magistratui denegant debitum obsequium, & Pontificii ad mandatum Papæ, juramentum fidelitatis Principi præstitum, malitiosè spernunt; quando Judæi ex instituto Christianos fallunt & defraudant; *Bellarmin. in l. de Laicis*, ait, ibi à Deo mandari capitale supplicium hæreticorum, ubi latronum, luporum & furum sit mentio; hi autem sunt interficiendi. Atqui hæretici sunt latrones &c. E. Resp. Latrones & lupi propriè dicti propriè dicta interfectione sunt interficiendi, sed latrones & lupi metaphoricè, methaphoricè interfectione sunt interficiendi, sc. per argumenta ex S. Scriptura mutuata. Impossibile est, ut ex lupis naturalibus fiant oves, quod tamen verum est de lupis metaphoricis, prout Paulus prius lupus post ovis Dei factus est. Si Augustinum adhuc hæreticum mox interfecissent, nobilissimum illud triticum eradicassent, quod Deus in frumenti statum commutavit. Attendite vos sangvinarii. Papistæ ad cap. IX. *Luce*, cum Samaritani

XXX.

LXXX

ritani respectu Judæorum hæretici, Christum spreverunt, discipuli igne delere hos cupiebant. Christus autem respondit: nescitis ne cuius spiritus filii sitis? ubi Magister noster distinguit inter Sp. Apostolicum & Propheticum Elianum, heroicum, inimitabilem. Nusquam legimus Judæos pœnis subdidisse Saducæos, qui rejiciebant articulum resurrectionis. Vestrum E. est docere; nam non venit filius hominis ad perdendas animas. Quod tamen fit ab adversariis, quando Hæreticus capite punitur, antequam erroris convincatur, talis perit anima & corpore, estq; hoc supplicium atrocissimum. Hæretici sunt devitandi non comburendi. Imò scimus, multos, hæreticos persequendo, hæreses novas fecisse. Et quis nescit, Verbum DEI, quod virtus est, imbecillitatis argui, dum simul argumentis cruentis & Achilleis pugnant? Nec permittit fides de ulla re contendere. Hinc recte *Gregorius Nazianz Orat. ad Julianum*. Disciplinam Christianam esse Pythagoricam dixit, quod in ea valeat, illud *αὐτὸς ἐφασκε*. His præsuppositis, quis Jesuitarum approbabit sententiam, hæreticos capitali supplicio affici debere? quam stolide ex *Esa. L. ult.* probare desudant: quamq; perstringit *Min. Celsus Senensis in tract. de heret. capit. supplie.* Cesset potius Antichristi Bellona! sub vexillo Religionis hinc inde flammis & ferro sævire, qui uberius circa hanc quæstionem, cupit informari, is inspiciat inquisitionem Catholicam de tractandis hæreticis, oppositam Inquisitioni Hispanicæ *M. Fr. Arnoldi*, qui ea loca perlustravit, quæ Papistica crudelitas lanienis istis, & humani sanguinis, ut aquæ profusione profanarat. Et *Disp. D. Balduini de modis coercendi Hæreticos.*

XXXI. Sed hoc non contenti sunt Pontificum parasiti, multa falsa & abominanda nobis imputant; communiter Novatores nos appellant (nulla habita accurata pervestigatione morum & Doctrinæ orthodoxorum) ab ecclesia extorres, qui adversus Deum & sanctos ejus dimicemus. Polus Cardinalis, doctrinam in Germania restauratam vocavit semen Turcium. *Farnesius Card. Anno 1540. Cæsari asseveravit;* Non posse discerni, utri magis Christum oppugnent Protestantes ac Turcæ, nam hos quidem Incorpora tantum sævire, sed ab illis etiam animas in sempiternum exitium trahi, test. *Sleid. in com. l. 13. Belli Rustici, tubam & facem Lutherum dixerunt.* Turpiorem sanè Romanenses maculam aspergunt orthodoxis, quam olim Christiani,

cum

52
cum ab antiquis Nazareni *Act. 25. 5.* [Macariani, *August. Epist. 164. ad E-*
merit. Psychici Tertull. de Jejun. ad Psych. dicti sunt. Inspiciantur sal-
tem Surius, Bolssecus, Genebrardus, Stapletonius, Sanderus, Mercu-
rius Gallo-Belgicus &c. & audietis horrenda ac inaudita convitia,
quæ retorquent in homines justos, iis ipsis verius congruentia. Verum
solatio nobis est, quod sciamus proprium esse Evangelicæ professionis,
ut tanquam seditiosa & abominanda condemnetur. Christus ipse hoc
nomine, Romana crucifixionis pœna, mulcratus est, quasi Judæorum
Rex, esse vellet, & populum ut à Cæsare deficeret, incitaret. Hinc
totarrogantes execrationes & anathemata contra nos eructant, ut vix
linea in Decretis Conc. Tridentini, sine anathematismo reperiatur.
Cum tn. Caraffa, post Papa Paulus IV. in consult. ad Papam Paulum,
III, scribat, ad Protestantium Græcorumq; protestationem pertinere,
ut auferantur offendicula de via populorum, inprimis ampullæ illæ ac
sesquipedalia verba, seu magnæ Babylonis voces, *Jer. 51. 55.*

Nec cessant in scripta Nostratum sævire, præcul dubio ad exem- XXXII.
plum Diocl. & Max. teste *Surio T. 1. d. 2. Febr.* qui sacro 'antiqua Domini te-
stamenta, Scripturas divinas, librosq; pios comburi curarunt; unde mar-
tyrologia Veterum valde sunt mutilata & corrupta. Quis n. nescius
est, ex decreto Synodi Constantiensis, libros J. Husii Anno 14 s. con-
flagratos fuisse? *Æne. Sylvius hist. Bohem. cap. 35.* Simile ustile decretum
edidit contra Evangelicorum libros Leo X. in Scripto 17. Kal. Jul. Anno
1520. teste *Sleidano.* Ad quod attenderunt Lovanienses, Parisienses,
Colonienses, & hucusq; prope omnes Lojolitæ. *Gretserus* librum pe-
culiarem scripsit *de libris Prohibitis*, ac contendit, libros hæreticorum
non castratos esse prohibendos, & sine ullo discrimine comburendos,
unde nemo inter Pontificios audeat Protestantium scripta manibus vel o-
culis palpare, postquã illa catalogo librorum prohibitorum sunt inserta.
Subordinare solent Inquisitores Bibliopolas cum libris suspectæ religi-
onis ad Primates Virosq; nobiles, qui si hos emant, mox hæreseos ac-
cusantur & inauditâ causâ damnantur. Potius flammæ iræ suæ effun-
dere deberent in monumenta papyracea, magiam, athæismum, sodo-
miam & tyrannidem sapientia; ut sunt Machiavelli, Corn. Agryppæ
& Amadisi somnia. Qui & similes hodie Romæ in magno pretio sunt &
venales extrant. Imo in vanum laborant, & serius hic labor ab iis contra
nostratum scripta suscipitur, nã nunc beneficio artis typographicæ tor

E

miriades

miriades Bibliorum Lutheri Scriptorumq; Orthodoxorum, publicam lucem viderunt, & in memoria circum feruntur, ut impossibile sit, illa ubivis locorum suppressere, ne ad hominum notitiam veniant. Veluti quidam Pontificiis in Hollandia hoc oggeffit: *Es ist zu spät / Ste se die Geissen wissens nun von aussen.* Concedimus ut libri verè hæretici & blasphemii prohibeantur & comburantur, quales sunt multi Photinianorum, quia per illos Idiotæ facile falli, & ex iis veluti peste infici possunt. Aliter a se res habet cum Doctorib. Ecclesiæ, iis, ut Medicis, illorum copia recte conceditur; siquidem non commode quis hæreticos curare poterit, nisi prius sciverit eorum sententiam & argumenta, juxta Pauli monitum *2 Thes. V. 21. omnia probate & quæ bona sunt retinere, & Joh. 1. epist. 11. dilecti, ne cuius spiritui credite, sed probate Spiritus an ex Deo sint, nam multi Pseudoprophetæ venerunt in mundum.* Potius male sibi consuluit Papa, quando suorum librorum uturam nostratibus concedit, unde illorum errores notare, eosq; tanquam propriis gladiis ingulare possumus. Lutherus quidem Wittebergæ hæroico spiritu Bullam Papalem combussit, postquæ Romæ Lutheri scripta erant in ignem conjecta; sed illa ut extraordinaria in consequentiam haud trahi debent.

XXXIII.

A Lectione librorum nostratium Theologorum arcant suos, quos potius adversarii evolvere & solide refutare deberent. Sed desunt illis vires, quod ex propria Pontificiorum confessione habeo. *Hier. Falces Archiepisc. Brundisinus in libro Roma Anno 1623 edito, & à tribus Papis desiderato ac laudato, cujus titulus sic se habet. Ars ad solvenda omnia hæreticorum argumenta. In præf. ad Papam Urbanum:* Innumeris sunt, qui hæreticos priscis illis nostrisque temporibus oppugnant; hæreses in illorumq; fallacias ego eradico SOLUS, i. e. præter me nemo unquam hæreticos erroris convicit. Et pag. 215. omnes Catholicos Scriptores, qui inde à Lutheranismi exortu, adversus hæreticos stylo rem egerunt, (inter quos eminent Card. Rossensis Polus, Sadoletus, Hosius, Bellarminus) operam lusisse insinulat, & potius vim maximam nostris addidisse argumentis, ut reddita sint ad solvendum difficilia. Hæc si vera sunt, sicut Pontificiis censoribus visum est, qui librum prælo dignum judicarunt, Protestantes inter hæreticos haud deputare possunt, quos nondum erroris convicerunt? uti commode ex ore proprio ipsos judicamus. Vel potius tales nectunt catalogos librorum prohibitorum,

ur eo

ut eo tutius post spariam lateat scæna Romana, nec pateat orbi Christi-
ano, quam fœda sit ejus facies.

XXXIV.

In tanto perverso reru statu, Romanenses nunquam sibi persuadere
possunt, Nostræ, id est, vere religionis Doctrinam vel Doctores uspi-
am, sub Papatu ante reformationem Lutheri repertos fuisse, quam-
obrem novatores & hæretici ap. ipsos audimus. At coram Deo
multi hæreticorum sunt Catholici, multi Catholicorum hæretici; per-
pendere potius debebant illud S. *Augustini*, dari Ecclesiam Catholicam
etiam in hæretica Ecclesia, per id, quod habet ex vera Ecclesia residu-
um, semper sc. aliquid in Ecclesia hæretica retineri, quod ad Ecclesiam
veram spectat. Quando E. Ecclesia hæretica baptizat aquâ, In nomine
Patris, Filii & Sp. S. Omnia Sacramenti Cœnæ essentialia retinet, juxta
verbi DEI præscriptum & c. facit id, non ex eo, quod hæreticum est,
sed ex eo, quod Catholicum est. Eo etiam authores Aug. Conf. respe-
xerunt, quando non omnia in Papatu spreverunt, sed in quibusdam
rectitudinem & abusus professi sunt. Accedit quod singulari DEI
bonitate remanserint in Papatu, & à Clericis proposita fuerint capita
Doctrinæ Christianæ Catechetica, Decalogus, Symbolum Apostoli-
cum, Oratio Dominica, Baptismus, Pericopæ Epistolares & Evangelicæ,
de quibus *Gregorius M. dicit*. Quod sint scrinia nominis Jesu. Ut &
hoc respectu suos servos & fideles in medio Papatu habuerit De^o. Ad præ-
sentem quæstionem illustrandam nec parum juvabit *Dn. D. Dorscheis*
Collegæ honoratissimi, scriptû hoc anno publicatum, de *Thoma Aquina*
Confessore veritatis, in quo probat, hunc ArchiScholasticum per
singulos articulos Theologiæ sic tatis à nostris stare partibus.
Et si ostendero, hodie adhuc multa millia Catholicorum reperiri, qui
omnem salutis spem, in solo Christi merito, habeant collocatam.
Res clara est, si salutem attendamus ad modum, quo Sacerdos agoni-
zantem exhortari tenetur inter Pontificios, juxta *Ordinarium Roma-
num, editum Anno 1491.* & alia Ecclesiarum Papisticarum Agenda. Ibi
rogat Sacerdos ægrotum: Gaudesne te mori in fide Domini nostri
Jesu Christi. R. Infirmus, Gaudeo, pergite Sacerdos, Credisne, quod
Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, pro te sit mortuus? R. In-
firmus, Credo. Sacerdos. Agisne ei gratias? Infirmus, ago. Sa-
cerd. Credisne te alio modo salvari non posse, quam per mortem
Christi? Infirmus, Credo; Sacerd. Credisne non propriis meritis, sed



passionis Christi virtute & merito ad gloriam pervenire? Inf. Credo. Sacerd. Credisne quod Christus pro salute nostra mortuus sit, & quod ex propriis meritis, vel alio modo (precibus puta & meritis B. Virginis & omnium Sanctorum) nullus possit salvari, nisi in merito passionis ejus? Infirmus. Credo. Sacerdos. Age ergo omnem fiduciam tuam, quamdiu erit in te Sp. in hac sola morte colloca, nec in ulla alia respem pone; si Dominus te velit condemnare, dicas: Domine Deus, mortem Christi pono inter me & judicium tuum, & meritum illius loco meriti quod ego miser deberem habere & non habeo. Dic iterum: Domine, in manus tuas commendo Spiritum meum. His ultimo subiicit Romana Ecclesia, securus mori. Et qui hzc ante mortem confitebitur, non videbit mortem in æternum. Mitto Doctrinæ modum, quem adhuc Jesuitæ observant Indos convertendo, qui nil nisi catechistica iis instillant, & Pontificiâ additamenta religionis plane omittunt. Ibi est altum silentium de Primatu Papæ, de Verbo non scripto, de Invocatione sanctorum, de Communionem sub una &c. Sic in exteris locis plane sunt alii, quam in his terris.

XXXV.

Ecclesiæ Christi perpetuam sub hoc AntiChristo Occidentali, Angelus in *Apocalypsi* expressit *cap. XI.* quando introducit duos testes, qui pugnabunt cum Antichristo, per quos non intelligit duo Individua, nec Enocham ac Eliam, ut id falso asserunt ex *Malach. 4. & Syrach. 44. & 45.* Pontificii. Non n. ætas hominis attingit ætatis dies annuos mille ducentos sexaginta v. 3. nec corpora duarum præcise personarum tantæ molis sunt, ut jaceant in plateis civitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Ægyptus, ubi & Dominus noster crucifixus est, sicuti tñ. de his duobus testibus id dicitur, v. 8. Quare intelligendi hîcerunt omnes veritatis salutaris assertores, durante monarchia Papali, qui quemadmodum Antichristi affectæ mensibus 42. S. civitatem calcaturi sunt, ita diebus 1260. i. e. totidem mensibus per tres dies & dimidium, prophetaturi sunt. Possent si opus esset, & nisi id jam alii ante me præstitissent, ex catalogo testium veritatis aliisq; fide dignis repetere omnes, qui singulis seculis, tanquam hî duo Christi testes, Synagogæ Pontificiæ reclamarint. Ubi adhuc multi intermittuntur, quorum testimonia per adversariorum tyrannidem perierunt; vel qui præ metu scribere & publice obloqui ob præsentissima pericula, non ausi sunt. Qui vero notos scire, eorumq; præp̄tiorum

notare

notare desiderat, is Centurias Magdeburgenses introspiciat; meum non
 eit, hoc insigni catalago, has pagellas replere. Ne quid dicam de testi-
 moniis eorum, quos alias contra se ipsos, ipsi Pontifices excaecati,
 magni fecerunt, qui Papatum propriis Antichristi depinxerunt colo-
 ribus. Sufficiat nobis hac vice unica *S. Brigitta*, quae ex ipsius Christi ore
 audita, testatur; Papam esse lupum, Diabolo pejorem; Pilato injusti-
 orem, Juda Immitiorem, judaeis abominabiliorem, ut legimus in
 revelationibus ejus *Rome editis lib. I. cap. 41.* Sacerdotes missa dicenda,
 Christum pejus quam Judaei crucifigere, *lib. 4. c. 133 & cap. 134.* eosd;
 gravius Deum offendere, quam Judaei, Pagani aut ipsi Dæmones. Hac
 duo Pontifices, cum toto Consistorio Romano, post diligentissimum
 revelationum Brigittæ examen, testati sunt, esse authentica, veritate
 plena, veraciter & à Sp. S. edocta, uti videre est ex *Cardin. Turrecre-*
matæ prologo, præfixo his revelationibus. Hinc sole meridiano cla-
 rius patet, nunquam omnino & penitus Ecclesiam Orthodoxam re-
 stibus veritatis caruisse, quiq; Antichristo contradixerint. Quamvis
 fatear, eos non ex omnibus erroribus *πρωτελως* emeruisse, quod Jo-
 hannes oblique innuere videtur, cum illos saccis amictos fuisse v. 3.
 scribit: quos errores procul dubio misericors Deus iis, ignorantiae
 temporibus, clementer condonavit. His præsuppositis, stat adhuc
 sententia Christi, portas Inferorum non prævalere Ecclesiæ, quæ ve-
 lut domus, cujus fundamentum est lapis angularis J. Christus, incon-
 cussa manet in perpetuam. His dictis consonat *And. Osiander in libro,*
Papa non Papa cap. 10. Absit, inquit, ut omnes in Papatu natos, vel sub
 Papatu viventes, eodem censu habeamus, cum non ex loco, sed ex
 fide æstimandi sint fideles.

Melius verò nunquam membra corporis Christi se habere ex-
 perunt sub Papatu, quam in elapsò & præsentì seculo, postquam
 Deus gratiose Martinum Lutherum, Sanctum Dei prophetam, virum
 admirandum in diebus nostris, ex ipsis claustris Papalibus, uti Mosen
 ex aula Pharaonis, excitavit, ad liberandum populum suum ex tene-
 bris Papalibus, Ægyptiis crassioribus. Is heroico spiritu Papæ ful-
 gura tanquam bruta fulmina æstimavit, Verbum Dei ademptis glossis
 Papisticis pure prædicavit, & sitientes ad purissimos Israelis fontes,
 unice ablegavit. Quare facile in suam quoq; pertraxit sententiam Re-
 ges, Proceres Romani Imperii, varias provincias & urbes. Ipse cum re-

XXXVI.

IVXXX

157
ligionis sociis, inter tot turbas, incolumis tñ. servatus fuit; uno id sal-
tem ut probem exemplo. Cæsar Carolus D. Luthero, quem Leo X. di-
ris execrationibus quasi Ecclesiæ Romanæ hostem devoverat, fidem
datam servavit, ut salvus ex comitiis Wormatiensibus domum redi-
ret. Et si Eckius tum maxime contendit, iisdem pœnis, quibus in
Hussum olim animadversum erat, in Lutherum animadverti deberi. At
spretis his omnibus, Imperator id operam dedit, ne securitas publica
violaretur. Nostrates duce Electore Saxonæ, tantum potuerunt ap.
Cæsarem Carolum V. ut Confessio Lutheri & sociorum fidei, adornata
per Lutherum & in ordinem redacta per Philippum Melanctonem,
Johannem Brentium, Justum Jonam, E Snepsum & Georg. Spalanti-
num publice lecta à Cancell. Sax. D. Christian. Bejero Germanice h. ter-
tia fuerit, in Comitibus Augustanis Anno 1530. præf. Cæsare, Rege Ro-
manorum & Electoribus. Distincta est hæc confessio, à mutata illa
Philippi confessione, decennio post, quæ æquivoce Augustana dicitur.
Confessio Argentinesium, Constantiensium, Memmingiorum, &
Lindaviorum, Zvingliana, autore Martino Bucero, eodem tempore
per Casparum Hedionem Argentinesium Doctorem, exhibita, à nul-
lo publice lecta fuit; unde nec illa recte Augustana dicitur. Dein-
ceps *Augustana invariata Confessio*, ut verbotenus ex *typis Ravii Anno 31.*
VVitebergæ exscripta est, augustissima sumis augmenta; cui editioni
omnes Ecclesiæ nostræ Anno 1537. Smalkaldiz subscripserunt. Paulo
post Norinbergæ Anno 32. cautum fuit, ne alicui, propter religionis
dissonantiam, quis molestus esset in imperio Romano, usq; ad Concilii
tempus: aut si nullum fiat, tantisper, donec per Ordines Imperii alia fue-
rit inventa ratio, dissidium hoc sanandi. Hæc & alia ut taceam, unica Passa-
viensis transactio luculenter declarat, qualis Religionis libertas nobis
per Romanum Imperium sit concessa, ut nempe religio Protestantium
cum Pontificia æqua & inviolabili pace in Germania gauderet.

IVXX
XXXVII.

Pontificii hic nobis litem movent, dum disquirunt, an hæc con-
stitutio in negotio religionis sit nominanda Transactio, quæ obligat
tantum volentes? an autem Pragmatica sanctio s. constitutio Imperialis,
quæ legis vim habet & obligat posteros? Papiæ communiter hanc
Religionis pacem, nolunt vocare Pragmaticam sanctionem. Sed non
nego initio Passavii fuisse nudam transactionem, quando a. Anno 1555.
in Imperii Comitibus Angustæ Vindel. hic quidquam statutum fuit, recte
Sanctio

524
sanctio Pragmatica indigitatur. Et ob id postmodum iteratis vicibus
in Comitibus Imperii Ratisbonæ Anno 57. d. 15. Mart. vid. Reichs Abscheid fol.
497. In Comitibus Augustanis Anno 66. Reichs Abscheid fol. 555. Inq. dicta
Ratisbonensibus Anno 1613. Reichs Abscheid fol. 795. religionis hæc pacifica-
tio approbata publ. & ad posteros transmissa fuit.

Verum ut totam hanc transactionem laudatissimam eo rectius XXXIIX
intelligamus, paucis ejus originem, incrementa & effectum dabimus.
In Comitibus Augustæ Tiberii Anno 41. fundamenta jacta sunt, super qui-
bus deinde Anno 55. pax religionis extructa fuit; uti colligere licet
ex declaratione Caroli V. cujus *Vidimus*, ut inscribitur, sub Sigillo Acad.
Vittebergensis publ. ex rat. Idem constat ex aliis Cæsareis decre-
tis, passim obviis, ubi Protestantibus de pace cavet. An 52. Passa-
vii congregati Imperii Proceres, de pace tractarunt, in quâ tractatione
Passavienfi simul decretum erat, ut intra sextum mensem Cæsar ageret
Imperii conventus. Hæc enim Comitibus dilata sunt in annum usq; 55.
quibus absente Cæsare, Ferdinandus Rex, præfuit. Ubi tandem
pax religionis ex voto successit. Ferdinandus I. multis persuasionibus per
Heinricum Misniæ Burggravium, Bohemiæ Cancellarium Mauritium
ad pacis condiciones amplectendas invitavit, quas recenset *Scleidanns*
lib. 24. Non attento Franc. Burchardi, qui sine fundamento asseveravit,
Transactionem Passaviensem Regi Romanorum vi extortam fuisse,
cum tn. Cæs. & status Imperii, hanc religionis pacem bona cum gratia
approbarint, juramentis & sigillis Imperialibus sancte obsignarint.
Quare Anno 1555. 7. Kal. Octob. in Augustanis diæti publice statutum
ne propter Augustanam Confessionem Cæsar cum S. Imperii ordini-
bus, Protestantibus adversus esset, vel ad deferendam Augustanam Con-
fessionem, quoquo modo adigerentur; & Principibus nostræ religio-
nis potestas data, Assessores suæ religionis nominandi, ut ii in ordi-
nem Cameralium cooptrarentur. Quapropter simul Juramenti for-
mula mutata, ac statutum, ut deinceps, non ut olim, per DEUM
& Sanctos, sed per Deum & sancta Evangelia Juvaretur in Romano
Imperio. Hæc & alia privilegia consignata offendimus in Imperii re-
cessibus de Anno 1555. cum his emphaticis asseverationibus. *Ewig
wrender Friede/ welcher bey Käyserlichen und Königlichem wörden
und worten/ bey Fürstlichen Ehren und Würden/ in rechten guten tre-
wen/ im wort der Wahrheit/ auch bey Träwen und Glauben/ für Uns
und unsere Nachkommen und Erben/ fast/ steret/ aufrichtig/ und unver-
brüchlicher*

brüchlichen zuhalten. Sic post multa intestina bella cautum est in comitiis Germanici Imperii, quæ jura majestatis habent, ut permitterent Germaniæ Domini in Imperio, Romanam & Lutheranam religionem. Qui in nonnullis ad hanc rem spectantibus informari uberius desiderat, is introspectat *L. Osiandri Epit. Hist. Eccles. cent. XVI. l. 3. c. 17.* Reformati, ac Protestantes s. uno nomine Evangelici, talem Religionis libertatem, hucusq; per Hispaniam, Italiam, per Provincias Belgicæ, & alibi obrinere haut potuerunt, unde & tanta Christianorum strages facta iis in terris, qualis per Dei gratiam, post hanc Passaviensem pacem nunquam in Germania nobis contigit, ad quorum martyrum numerum obstupescit terra. Dux Albanus in convivio jactitavit, sex annorum, quibus clavum Belgicæ tenuerat, spacio, carnificum manibus plusquam octodecim millia hominum interfecisse, non connumeratis qui in bello interierant, juxta *Ernest. Eremund. de Orig. & hist. Belgicæ* tumult. in regimine D. Albani. In Gallia ab Anno 1562. ad usq; Anno 1584. quadraginta centum millia hominum variis torturis, absumpta leguntur, apud *Lather. de censu lib. 2. c. 9. n. 26.* In Gallia & Belgio, *Possevinus in Epist. ad Regem Poloniae*, solius undecennii spacio, ait, supra quingenta millia hominum interfectos fuisse Religionis causa. Verum vigore hujus Pacificationis, ex peculiari DEI gratia, dira bella ac odia, sub Religionis prætextu, olim excitata, nunc per Germaniam remota quodammodo sunt & quiescunt. Et quidem adeo, ut conjugati diversæ Religionis, tranquille cohabitent, in Religione dissentientes, in eadem Politia singuli concordēs sui officii partes expleant &c.

XXXIX. Lites quas nobis hic Pontificii faciunt non sunt tanti momenti, & jam ante ab Orthodoxis luculenter refutatæ, dum inter aliâ contendunt, per hanc Passaviensem transactionem, libertatem ejusmodi haud esse concessam nostratibus, quæ exempta sit ab omni jurisdictione Episcopali, qui multa sibi reservarint ad jus patronatus, causasq; matrimoniales spectantia; sunt porro in illa sententia, hac libertate solum frui debere illos, qui ante hanc Anno 1555. Imperialem, in Religionis negotio transactionem, à Romanâ se separarant Ecclesia. Deinde excipiunt Ecclesiastica bona, qui immediate Imperio subsunt. Deniq; in hanc venerunt sententiam, pacem Passaviensem tantum ad finem concilii Tridentini, in suo vigore debuisse manere; ubi cum hæretici simul declarati, eo ipso privilegio Pacis hujus nos excidisse, ajunt. Sed frustra

hæc

hæc omnia dicuntur, obiter quod primum attinet, pro bent Pontificii nos
no ab omni Jurisdictione Episcopali esse exemptos. Sane si Episcopis Pon-
tificia Religionis aliquid juris adhuc in nobis esset, possent illa occasi-
one tandem nostris collis vicissim pristinum Papale attrahere jugum; ;
hoc autem circum spectis transactoribus Protestantium, nunquam,
in mentem venisse certi sumus. Perpetuitatem quod attinet, verba ipsi-
us transactionis clara sunt, quia n. Principibus Imperii Episcopale jus
concessum est, ideo quoq; jus futuræ alienationis ipsis permissum fuit.
Tertium si se ita haberet, nobili cuivis hac ratione major foret concessa
libertas, quam Urbi liberæ imperiali, in quod absurdum nunquam pru-
dentes & animosi pacificatores consentire potuerunt. Bene scimus,
quam ægré ferant à Nostratibus Bona Ecclesiastica retineri; cum tamen
aliàs summa necessitas sinat bonorum communionem, imo ad pro-
fanos usus applicationem. Unde recte magistratus, ad pacem publi-
cam obtinendam, Bona Ecclesiastica aliis concessit. Huc pertinet
Davidis commestio panis propitiatorii in casu necessitatis. Vel quis
iniquitatis arguet nautam, qui ad servandam vitam, merces in mari eii-
cit? sane quando primitus bona Pii Ecclesiæ obrulerunt, respexerunt
ad veritatis cælestis adsertores, utq; juvarent veram Religionem. In-
tentioni autem testatorum in nostra Ecclesia rectius satis fit, uti nostri
Theologi satis veritatem Doctrinæ Ecclesiarum Evangelicarum con-
tra Pontificios ostenderunt. Utinam autem nostri Proceres vicissim
illa Ecclesiastica bona converterent in usus sacros necessarios! prout
vult ipsa Pragmatica constitutio de Pace Religiosa Anno 1555. 25. sept. cujus
verba in Recessibus Imperii fol. 339. §. 8. sic sonant: Und sollen dem-
nach von solchen obgenanten Güthern/ die notdürfftige ministeria-
der Kirchen/ pfarren und Schulen/ auch die almosen und Hospitalia/ die
sie vormahls bestellet / und zu bestellen schuldig/ von solchen obgemelten
Güthern/ wie solche ministeria der Kirchen und Schulen vormahls
bestellet / auch nachmahls bestellet / und versehen worden / was Religion
sie sein. Nam quod semel Deo consecratum, ad usus humanos iterum
transferri, sine necessitate, haud debet. Quod & Ethnici sciverunt,
quorum una ex leg. XII. tab. vult, Sacrum sacrove consecratum,
qui clepserit rapseritve, parricida esto. Et pœnæ in Nebucadnezarè, Belsaz.
Judam & Ananiam luculenter ostendunt, sacrilegos Deo haud place-
re juxta Habac. c. 3. v. 6. Nonnulla egregia huc facientia, collegit in-

Auro Tolosano M. Henn. Brosenius Past. Halberst. Et ut proprio eos conficiamus gladio, ajunt: Papam posse contra testatorum Voluntatem legata Ecclesiastica alienare. At summus noster Pontifex Christus, iussit nos exire ex Babel & quidem cum bonis ejus, uti Israelitæ ex Ægypto exiverunt. Demum Concilium Tridentinum nobis nihil præripere potest, illud solum à Pontificiis habitum fuit, qui cum sunt partes litigantes, haud possunt esse Judices; Ejus Synodi nullitatem satis nostrates orbi Christiano ostenderunt. Unde & Legatus Regis Gallia, contra Pium IV. Papam, in Tridentino hoc concilio publ. conquestus est, Pontificem in illo Concilio nullum legibus locum, nullum antiquorum Conciliorum libertatis vestigium reliquisse, quare & Regem Christianissimum haud probaturum, neq; Ecclesiam Gallicanam pro decreto Occumenici Concilii habiturum. Et omnes ex Gallia ibidem præsententes abire iussit. Alia hujus argumenti notavit. *Pet. Sypis Polanus in hist. Conc. Trid.*

XL.

Plurimi etiã nullitatem hujus Religionis Pacificationis asserunt, cū non nisi Politici in Comitibus Imperii hanc fabricarint, qui videntur faciem immisisse in messem alienam, Ecclesiastica non nisi ab Ecclesiasticis dirigi oportere? Verum cum omnes subditi Imperio Magistratus regantur, tutum est, si autoritate magistratus Religio cœlestis dirigatur & defendatur; Est enim pars haud ultima magistratus, promote cultum DEI *Esā. 49. 23.* sane regalium materia mere secularis non est, ac si nulla circa res sacras etiam regalia versentur: potestas Ecclesiastica, quæ legitimæ Religionis introductionem & conservationem respicit, ad Magistratum quoq; pertinet, qui est custos utriusq; tabulæ *Deut. 17. 19.* Quò respexisse arbitror Pontifices, quando Regem Gallia Christianissimum, Hispania Catholicū & Anglia fidei appellarunt defensorē. Propterea quoq; meo arbitratu Rex Æthiopum Presbyter vulgò vel preciosus Johannes dictus fuit. Imò ob id in *Imperii recessibus* Cæsar nominatur, *der Christlichen Kirchen schutz und schirmer, und Oberster Vogt:* Exempla pl. habemus in Regibus Judæ & Israelis, Christianis Imperatoribus, qui multa Ecclesiastica laudabiliter adornarunt. Carolus M. cum filio Ludovico Pio certos textus Dominicales ex Evangeliiis & Epistolis Apostolorum, opera Pauli Warenfridi s. Diaconi, ordinarunt. Ad eos etiam spectat Calendarii constitutio. Quare haud improbare possumus Caroli Crassi Imperatoris institutum, qui primus æram Christi

Christi, (quod suaserat jam prius Dionysius Monachus exiguus) omnibus diplomatibus & scriptis adscribi jussit, quam Imperialem Constitutionem hucusq; observamus. Et publicas preces indici posse, à Ducibus integræ Provinciæ, quotidianum est in his nostris terris.

Princeps Pacis servet pacem & tranquillitatem publicam Ecclesiæ suæ in Germania, ut ei subinde à fidelibus accinatur: Facta est in Cœlo salus & virtus & regnum DEI nostri, & Potestas Christi ejus, quia projectus est hostis noster in terram, & Angeli ejus cum illo projecti sunt.

Amen.

Eximio Dn. DISPUTANTI

S. PP.

Numinis irati potuisset tollere fervor
Quicquid divinæ Religionis erat.
Namq; aded jacuit semper contempta per orbem.

Vilius ut dudum jam nihil esset eâ.
Sed cum reliquæ quædam fortasse supersint,
Quæ possent jungi Relligione Deo.
Non tantum superest, sed & insuper undiq; PACIS
Munimenta sacræ nunc geminata tenet.
Hæc nuper seculum quia complevère, piorum
Concio nunc merito jubila læta dedit.
Et porro resonabit adhuc Academia grates.
Sunt hæc proprii Numinis ipsa bona.
Quæ dum tutatur bene ZORNIUS, optima monstrat
Se studia ad tantæ PACIS habere bonum.

Amici adfectus mnemosynon scrib.

Joh, Georgius Dorscheus, D,
Acad. h. s. Rector.


1057
Ad Præstantissimum & Doctissimum
DN. HENRICUM ZORN,
DN. Amicum, Fautorem & Conterraneum sin-
gularitèr dilectum.


Pone iræ titulos: Reddatur amabile nomen
Convenit haut Paci triste supercilium.
Sed, scio, mens tua Pace Rosa, studiisq; probata
Mensuram nescit nominis illa sui.
Vidimus egregium Studiis, magnumq; Theatro:
Vidimus & vitâ & moribus egregium.
Sit felix! & qui sacræ nunc secula Pacis
Dicis, perpetuæ tempora Pacis agas!

Celeritè inter occupationes
Amico scripsi.

Augustus Varenius, D.







sanctio Pragmatica indigitatur. Et ob id postm
in Comitibus Imperii Ratisbona Anno 57. d. 15. Mart. vid
497. in Comitibus Augustanis Anno 68. Reichs Absch
Ratisbonensibus Anno 1613. Reichs Abschied sol. 795. re
tio approbata publ. & ad posteros transmissa fuit.

Verum ut totam hanc transactionem laud
intelligamus, paucis ejus originem, incrementa
In Comitibus Augustae Tiberii Anno 41. fundamenta
bus deinde Anno 55. pax religionis exstructa fuit
ex declaratione Caroli V. cujus *Vidimus*, ut inscribitur
V Wittebergensis publ. ex tat. Idem constat ex
tis, passim obviis, ubi Protestantibus de pace
vii congregati Imperii Proceres, de pace tractarunt
Passaviensi simul decretum erat, ut intra sextum m
Imperii conventus. Hac enim Comitibus dilata sunt
quibus absente Cesare, Ferdinandus Rex, prae
pax religionis ex *voto successit*. Ferdinandus I. multis
Heinricum Misniae Burggravium, Bohemiae Can
ad pacis conditiones amplectendas invitavit, qua
lib 24. Non attento Franc. Burchardi, qui sine fun
Transactionem Passaviensem Regi Romanorum
cum tn. Cae. & status Imperii, hanc religionis pac
approbarint, juramentis & sigillis Imperialibus
Quare Anno 1555. 7. Kal. Octob. in Augustanis die
ne propter Augustanam Confessionem Caesar cu
bus, Protestantibus adversus esset, vel ad deferenda
fessionem, quoquo modo adigerentur: & Princi
nis potestas data, Assessores suae religionis nom
nem Cameralium cooparentur. Quapropter s
mula mutata, ac statutum, ut deinceps, non ut
& Sanctos, sed per Deum & sancta Evangelia Ju
Imperio. Hac & alia privilegia consignata offer
cessibus de Anno 1555. cum his emphaticis asse
*werender Friede/ welcher bey Kayserlichen und
und worten/ bey Fürstlichen Ehren und Würden/
wen/ im wort der Wahrheit/ auch bey Traven und
und unsere Nachkommen und Erben/ fast/ sterck/ a*

vicibus
vid sol.
g. dicit
reifica-

rectius XXXIX

dimus.
er qui
re licet
Acad.
decre
Passa
ione
ageret
sq; 55.
idem
us per
ritium
idanas
eravit,
fuisse,
gratia
narint.
utum!
rdini-
Con
religio
ordi
ti for
EUM
mano
rii re
Ewig
linden
en tre
Uns
ver
lichen

524

